

f



Deel. Kl. 356 ds

5
QUARTA
SACR. INSTITUTIONUM
EXERCITATIO
DE

RERUM DIVISIO-
NE ET ACQUIRENDO
IPSARVM DOMINO

Q V A M
AUXILIO DIVINI NUMINIS

PRÆSIDE
VIRO NOBILISSIMO ATQVE CON-
SULTISSIMO

Dn. GEORGIO ENGELBRECHTO

J. U. D. ac Digest. in Acad. Julia Profefs.
Publ. Ordin.

Domino Patrono atq; Præceptore devenerando
IN JULEO MAJORI

Die xxii Martii Anni clō Ioc LXXX.

publice defendet

FRIDERICUS JACOBUS LAUTITZ
Guelpherbytanus.


••(o)••

HELMESTADII,

Typis HENRICI DAVIDIS MULLERI, Acad. Typ.

Geometriae
liber primus
de rationibus
et proportionibus
liber secundus
de similitudine
et similitudine
liber tertius
de solidis
liber quartus
de solidis
liber quintus
de solidis
liber sextus
de solidis
liber septimus
de solidis
liber octavus
de solidis
liber nonus
de solidis
liber decimus
de solidis
liber undecimus
de solidis
liber duodecimus
de solidis





I. N. J.

THESIS. I.



Us Civile circa tria versatur, *personas* scilicet, *res* & *actiones*. *S. ult. Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civil. De personarū jure* ad librum primum in duabus proximè antecedentibus disputationibus actum fuit. Ordinis igitur ratio postulat, ut cum Imperatore ad *ius rerum* transgrediamur. De eo enim in toto libro secundo, tertio & quarto usque ad titulum de Actionibus sextum agitur. Quæcunque enim disciplina pro fine habet justitiam, in illa non tantum personæ, verum etiam res considerari debent. Atqui talis disciplina est jurisprudentia. Majoris veritas inde apparet, quia non tantum personæ, sed & res requiruntur, ut aliquis justus vel injustus existat. Personæ quia nihil nisi ratione & intellectu instructum in hoc universo terrarum orbe virtuosum vel vitiosum esse potest. Res, ut patere possit an circa eas vel justitia & æqualitas observetur, vel injustitia & inæqualitas committatur, uni plus alteri minus in rebus tribuendo. Accedit, quod illæ res ita comparatæ esse debeant, ut de iis *συγγαμμάματα* inter cives instituan-

Connexio
lib. 1. cum
superiori



tur, adeoque indigentia civium sublevanda inserviant. Hinc sequitur, quod in jure nostro res tantum debeant considerari, quatenus (1) justum admittant §. 1. instit. de just. & jur. & (2) indigentia humanae explenda inserviant. Hinc Imperator noster orditur librum secundum de rebus earumque jure. Jus autem rerum hoc loco significat omne id, quod ad jus personarum & actionum non pertinet. *Gædd. ad l. 5. ff. de V. S.* Quin & eleganter hic monet *Vultejus ad princ. Instit. de rerum divis. n. 14.* Cum non tantum spectare rerum substantiam, aut qualitatem intrinsecam & naturalem (hæ enim Physices cultorum partes propriae sunt) quam jus, quod in re quis habet.

II.

Ad initium
Tit. 1. lib.
11.

In materia autem rerum duo veniunt præcipue consideranda: primum est, Rerum divisio, alterum, modus acquirendi rerum dominia. De priori agitur in hoc titulo, ab initio usque ad §. 11. imo & in Titulo secundo hujus libri. De posteriori vero, nempe de acquirendo rerum dominio à §. 11. hujus Tituli usque ad finem & in hoc universo libro. Primum igitur ordinem Imperatoris secuti initium faciamus à rerum divisione: ubi Principii loco ex Moralibus repetendum, quod nulla res sit frustra, sed ob aliquem finem & usum à Deo producta, vel ab homine excogitata. Illæ autem res, aut existunt in nostro patrimonio sive dominio, aut sunt extra patrimonium sive dominium, hoc est, aut illæ res possunt acquiri à singulis & dicuntur esse in patrimonio nostro, aut non possunt acquiri à singulis, & extra patrimonium dicuntur existere. Priores res, quæ in patrimonio sive commercio sunt privatorum, Singulorum res in nostro initio vocantur;

Res quoru
plices.

Res singu-
lorum s. in
patrimo-
nio exi-
stentes.

cantur; posteriores vero res extra patrimonium five com-
 mercium privatorum existentes in quatuor quasi gene-
 ra dividuntur. Quædam enim (1) sunt Jure naturali
Communes l. 14. ff. de acq. rer. dom. l. 2. §. 1. de rer. divis.
 Quædam (2) *publicæ*, quædam (3) *Universitatis*, & deniq;
 (4) quædam *nullius* l. 2. init. ff. de rer. divis. Fundamentum
 hujus divisionis in eo consistere videtur. Nonnullæ res
 in nullius sunt dominio, earum tamen usus omnibus o-
 mninò hominibus patet, & illæ res dicuntur *Communes*.
 Aliarum vero rerum usus Jure Civili omnibus quidem
 hominibus est communis, proprietas tamen ad certum
 spectat populum, & vocantur *Publicæ*. Quarundam ve-
 ro rerum & usus & proprietatis tantum pertinet ad uni-
 versitatem, & illæ res sunt *Universitatis*: Aliæ denique res
 usui sacro sunt consecratæ, & *Nullius*, esse dicuntur, quia
 in nullius privati dominio sunt. Verum de hisce singulis
 nunc uberius agetur.

III.

Quod igitur primum attinet *res communes* natura
 illarum ac indoles ex duabus notis conjunctim sumtis
 dijudicanda est (1) ut in nullius dominio existant, & (2)
 ut earum usus omnibus hominibus sit communis. Quæ-
 cunque igitur res in nullius sunt dominio, earum tamen
 usus omnibus hominibus est communis, illæ res dicuntur
 in Jure nostro *Communes*: vid. l. 14. init. ff. de acquir. rer.
 dom. Atqui tales sunt (1) *Aër*, per §. 1. b. l. 2. §. 1. ff. de rer.
 divis. l. 3. pr. ff. ne quid in loc. publ. (2) *Aqua profluens*, tam
 maritima quam fluviatilis, victui tum humano tum ada-
 quandis pecoribus inserviens, l. 2. §. 1. ff. eod. Hinc *Ovi-*
dus 6. *Met.*

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.

A 3

(3) Ven-

Rex extra
 patrimoniu
 um quotu-
 plices
 (1) Com-
 munes
 (2) Publicæ
 (3) Univer-
 sitatis
 Fundamen-
 tum hujus
 divisionis

§. 1. jun-
 cto §. 5.

Res Com-
 munes
 (1)
 Aër
 (2)
 Aqua pro-
 flucna,

(3)
Ventus.

(4)
Lumen.

(5)
Mare & lit-
tora maris.

Ufus ma-
ris consistit

(1)
In haurien-
do a-
quam

(2)
In lavan-
do

(3)
In naviga-
tione

(3) *Ventus l. ult. §. fin. C. de Servit.* (4) *Lumen*; Verum hoc est intelligendum de lumine solis & diei *l. 10. in fin. ff. de servit. urb. præd. l. 30. in fin. ff. de usufr.* (5) *Mare & lit-
tora maris l. 2. ff. hic* Licet autem quatuor priora adhuc hodie communia sint, quoad posterius tamen res paulo aliter sese habet. Distigendum enim hic est inter usum maris, qui sane est varius & non amplius omni ex parte communis. Primus igitur usus maris consistit in hauriendo aquam marinam sive in haustu aquæ maritimæ, qui adhuc hodie est communis. (2) In lavando consistit, & ille adhuc communis permansit. (3) In navigatione. Quæ ea-
tenus in mari permittenda est, quatenus adjacenti reipub-
licæ nullum inde detrimentum oboritur. Majestas enim habet jus dirigendi ipsam navigationem in mari suis pro-
vinciis proxime adjacenti propter illud dominium quod summæ potestates in mari jure meritoque sibi vindicant. *Joban Seldenus in tractatu de mari clauso. Dn. Conringius de finibus Imperii cap. ult. per tot.* Quibus ad stipulatur quoad certam maris partem vi veritatis victus. *Hugo Grotius l. 2. de J. B. & P. C. 3. §. 8. & 13.* Ad hoc exem-
plum, inquit, & mare occupari potuisse ab eo qui terras ad-
latus utrumque possideat, dummodo non ita magna sit pars
maris, ut nova cum terris comparata portio earum videri
possit. Et quod uni populo aut Regi licet, idem licere vide-
tur & duobus aut tribus, si pariter mare inter situm occu-
pare voluerint. Idem asserit *l. 2. c. 2. §. 13. in verbis. Sic & ter-
ra & flumina & si qua pars maris in proprietatem populi
alicujus venit, patere debet his, qui transitu opus habent.*
Licet aliàs dominium oceani universi concedere nolit. *libr.
2. c. 2. §. 3.* Quousque tamen illud dominium maris exten-
di debeat, tutius est ut nihil certi determinetur, licet non-
nulli

nulli ad centum milliaria potestatem vicino Principi in mare concedant. *Klock de Arario lib. 2. c. 114. num. 4.* Satis tamen est, ut cum Dno. Conringio concludamus, *alibi illud latius patere, alibi arctioribus finibus includi, idq; non nisi exploratis cujusvis loci priscis moribus juri- busq; & ut hoc addamus, actibus possessoriiis, exactè posse definiri: de Finib. Imperii c. ult. in fin.* Inde etiam illo- rum opinionem amplecti non possumus, qui uni regno imperium in universum oceanum tribuere haud erube- scunt, uti *Albericus Gentilis in libro 1. Advocat. Hispani- cæ c. 8. & Job. Seldenus in lib. secundo maris clausi.* U- nivetsum oceanum Anglicano scepro obnoxium pro- nunciant.

IV.

Ulus maris (4) consistit. In piscatione sive potesta- te piscandi in mari quo hodie spectat piscatio halecum & balænarum *der Hering und Walfisch fang.* Quia autem hic usus non sufficit omnibus hominibus, ideo ex rerum natura non videtur aliter fieri posse, quam ut is usus ei permittatur, qui est supremum caput istius regio- nis & summam habet Majestatem in provinciis ac regio- nibus proxime mari adjacentibus. Illa enim debet ma- ris curam gerere atque istud tutum reddere à pyratis; præterea ignes nocturnos alere in locis periculosis, sce- lera in mari patrata punire, ne in mari ea sint per- missa, quæ in terra prohibita. *Zoës ad ff. de rerum di- vis. n. 8. Brunnemann. ad l. 2. n. 2. ff. de Rer. di- vis.* Propter illud igitur onus & alia maris incommoda, quæ in Majestatem redundant, justissimum est, usum et- iam piscationis ad solam Majestatem pertinere, eosque quibus hæc potestas à Majestate conceditur. Nam ad quem-

(4)
In piscatio-
ne.

Ulus pesca-
tionis ad
quem spe-
ctet,

quemcunque spectat incommodum, onus ac custodia maris, ad eum debet spectare commodum, fructus ac emolumentum ejusdem. *l. 10. ff. de R. J.* Atqui ad Majestatem spectant hæc omnia E. Nam privati non earum sunt facultatum ac virium, ut mare tuum reddere possint. Accedis quod piscationis usus non sufficiat omnibus hominibus, sed si promiscuè permitteretur, alter alteri potius esset impedimento, id quod multis querelis ac cædibus ansam præberet, adeoque in bene constitutis rebus publicis non est ferendum. Hinc etiam merito jure ad Majestatem istius regionis, prope quam mare fluctuat commodum vectigalis navigantibus impositi pertinent.

Controversia de piscatione.

Hugo Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 3. §. 14. Notissima alias est controversia nata inter Anglos & Batavos de piscatione. Angli dicebant, ejusmodi piscationem non esse communem omnibus, sed tantum pertinere ad superiorem regni, qui maris dominium habet; Eamque sententiam defendit Joh. Seldenus Anglus in libro, quem *Mare clausum*, inscribit. Contra libertatem Maris una cum libertate Belgarum popularium suorum tueretur Hugo Grotius in libello *de Mari libero* contra Lusitanos dominium maris Indiæ sibi vendicantes conscripto. Quicquid tandem sit, prior sententia in praxi est recepta & æqualitati ac rationi longe videtur convenientior.

V.

Simili fere ratione hodie res sese habere videtur cum littore maris. Nam licet Jure Civili littus sit commune *§. 1. item §. b. l. 2. pr. ff. de rer. divis.* quia ejus usus publicus est jure gentium, omnibusque patet. *§. 5. Inst. b. leg. 4. §. §. 1. l. 6. ff. de rer. divis.* tamen hodiernis moribus non simpli-

simpliciter illius usus omnibus hominibus communis re-
linquitur. Possunt enim gentes, si utilitas reipublicæ
id exigat, prohiberi, ne ad littus nostri maris accedant
quando nimirum bellum nobiscum gerunt, vel ab iis
imminet, aut aliud reipublicæ nostræ damnum ab illis me-
tuitur. Neque etiam Jus Romanum omni ex parte ad-
versatur huic doctrinæ, cum in eo constitutum sit, quod
littora, in quæ populus Romanus imperium habet, po-
puli Romani esse dicenda sint. *l. 3. init. ff. Ne quid in loc.
publ.* quodq; liceat in littore jure gentiū ædificare, nisi usus
publicus impediatur. *l. 4. ff. ne quid in loc. publ.* Insignis verò
littorum usus consistit in lapidum pretiosorum, gemma-
rum ac margaritarum inventione, qui secundum mores
gentium non amplius cōmunis existit, sed ad illum spectat,
qui τὸ νότιον in terra proximè adiacenti habet: Ita in Prus-
sia ad Electorem Brandenburgicum pertinet inventio suc-
cini der Bernstein fang Preussisch Land. *lib. 2. tit. 1.
art. 3. §. 3.* In Tartaria reperti adamantes & aliæ gemmæ
omnes ad istius regni Imperatorem. *vid. Sigism. Buchner.*
de jur. aquat. tb. 215. Nec minor est usus littoris consistens
in impositione vectigalium ad Majestatem hodie jure re-
galium pertinens, propter nimios sumtus & onera maris
ferenda. Nam ut alia incommoda nunc taceamus, illa
debet suggerere impensas & curare, ut nocturni ignes a-
lantur in eminentioribus locis, unde à navigantibus sco-
puli maris aliaque periculosa loca, quo etiam pertinent
die Sandbäncke dignosci & tutò præternavigari queant.
Describitur littus maris ab Imperatore Justiniano: qua-
tenus hybernus fluctus maxime excurrit: quæ definitio
videtur esse Metaphorica, nam littus est, qua fluctus
eludit, ut loquitur *Cic. in Top. vid. l. 96. 112. ff. de V. S. sa-
tis de rebus communibus.*

Usus litto-
rum
(i)

Ad quem
ille spectet

(ii)

Descriptio
littoris

B

VI. De

§. 2.
Res publi-
cæ quæ-
nam vocen-
tur.

quænam
sint.

(1) Flu-
men (2)
Portus (3)
Ufus ripa-
rum (4)
Via publi-
ca.

Ufus flu-
minis in
quonam
consistit.

(1)
(2)

piscatio
quibus
concessa.

Vestigali-
um usus ad
quem per-
tinet.

VI.

De publicis vero agitur in §. 2. & 4. Dicuntur publi-
cæ res, quarum dominium sive patrimonium ad popu-
lum, gentem ac rempublicam pertinet; usus tamen ista-
rum rerum vel naturali vel gentium jure omnibus est
communis. l. 5. l. 2. pr. ff. hic l. 14 ff. de acq. rer. dom. Tales
autem res sunt (1) Flumen (2) Portus (3) usus riparum
(4) Via publica. Singula erunt ordine tractanda. Et
quidem (1) quod attinet usum fluminis, videtur ille esse
varius. Consistit enim (1) in lavando, potando, & hau-
riendo aquam (2) in navigatione (3) in piscatione (4) in ve-
stigalibus. Primus fluminis usus hodie omnibus adhuc
est communis. Reliqui tres vero videntur pertinere ad
regalia, ita tamen ut navigatio in imperio Romano Ger-
manico cuilibet permitti soleat, modo secundum leges
singulorum locorum iustituatur. neque etiam noxia sit
reipublicæ. Text. 2. Feud. 57. in verb. flumina naviga-
bilia. Vid. Instrum. pacis Osnabrug. art. 9. §. 1. in verb.
Impedimenta quibus commerciorum & navigationis u-
sus deterior redditus est &c. adeo ut etiam contra prohi-
bentem mandata sine clausula decernantur. Gylm. Sym-
phorem. supplicat. tom. 2. part. 3. tit. 6. supplicat. 1. Sextin.
de Regal. libr. 2. cap. 3. n. 42. Ita etiam piscatio, quæ fit ha-
mo, solet cuilibet in fluminibus esse concessa, retibus
vero uti in illis, hodie indifferenter omnibus non est per-
missum, nisi ex speciali concessione ac privilegio veletiam
jure feudi uni vel alteri Jus piscandi acquisitum fuerit, vel
illi rivi ac flumina sint communia. Gemeine Wasser
und Bäche Vid. Sixt. de Regal. cap. 18. n. 33. Demum usus
Vestigalium fluminibus impositorum in nostro imperio
tantum spectat ad Electores & reliquos status imperii,
quibus

quibus hoc jus specialiter concessum est. *Aur. Bull. tit. 9. instrum. Pacis Osnabr. art. 9. §. 1.* Ex quo simul apparet, quod nova vectigalia imponere vel vetera augere, non nisi ex communi consensu singulorum statuum imperii permissum sit. *vid. Capitul. in victisimi Imperatoris Leopoldi §. 21.* Wir sollen und wollen auch/ita ut ne quidem pluralitas suffragiorum in hoc negotio sit attendenda, *in verbis dict. §. 21.* massen wir disfalls die majora nicht attendiren.

VII.

Talis *res publica* est (2) portus. Usus vero portus (2) Portus, in sequentibus consistit (1) In appulsione navium *l. 5. ff. Usus portus in quos hic* (2) In ductu aquæ *l. 2. ff. de flum.* (3) In piscando. *Liam consistit.* cet verò duo priores portuum usus hodie eatenus omnibus adhuc pateant, quatenus reipubl. non obsint, excipitur tamen piscatio & quia præterea Majestas curam habere debet rerum importandarum & exportandarum hodiernis moribus, illa vel is, qui provinciæ præest si justam causam habet, populum ab usu portus omninò potest prohibere. Præsertim cum portus hodie juri regalium accenseatur. *Vid. text. 2. feud. 57. Instr. pacis Osnabr. art. 9. §. 1. Sixt. de regal. cap. n. 8. & 9.*

IX.

Talis *publica res* est (3) ripa: Quod autem littus est in mari, id ripa est in flumine. Nimirum quod flumen continet, naturalem cursus sui rigorem tenens *l. 1. §. 5. l. 3. §. 1. ff. de flum.* Verum enim verò ripa est *res publica* solum quoad usum, non vero quoad proprietatem, nam illa potest esse privatorum, qui habent & possident vicinos agros. Quapropter *in lege 3. ff. de flum.* ita loquitur *Paulus* *Ctus: Ripas fluminum publicas esse, non de proprietate,*

tate, sed de usu accipiendum esse. Hinc dubium nullum de illa lege moveri potest, & rectissimè dicuntur, quod usus ripæ sit publicus, proprietas vero sæpius privatorum, nisi agri ripæ adjacentes sint publici, nam tum & illius proprietas est publica, *jung. l. 5. ff. de rer. divis. 15. 30. §. 1. ff. de acq. rer. dom.*

IX.

(4.) Via publica.

Accensetur etiam *rebus publicis* (4) publica Germanicè *offene Strassen/Landstrassen/Käyserliche freye/herr oder Reichsstrassen. l. 51. ff. de contrab. emt. vendit. Tot. Tit. de via publ.* Ita ut nemo prohiberi possit ab usu viæ publicæ, & qui aliquem prohibet, adversus eum datur actio injuriarum *l. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publ. fiat.* Quin etiam in Camera Spirensi contra eos mandata sine clausulâ decernuntur, qui comunem viæ usum impediunt *Rosenthal de feudis c. 5. concl. 21. n. 3.* Modo ille transitus viæ non sit noxius reipublicæ neq; directò neq; indirectò h. e. per consequentiam. Hinc hostibus, sive iis, à quibus bellum metuitur optimo jure transitus viæ denegari potest. Jurisdictio verò viarum publicarum pertinet ad regalia, & in nostro imperio ad eum, qui jus viæ publicæ habet; Nam accidere potest, ut alius habeat jurisdictionem in aliquo loco; alteri verò competat jus viæ publicæ. *text. 2. Feud. 57. vid. Sixt. de regal. lib. 2. c. 2. per tot. Knichen de Saxon. non provoc. jur. c. 5. n. 18.*

X.

§. 6. Universitas quid;

Ordo jam postulat, ut postquam in superioribus de rebus communibus, ut & publicis fuit actum, ad res Universitatis, de quibus in §. 6. agitur, convertamus. Est autem universitas aliqua hominum multitudo certum corpus constituens. Qualis est (1) Civitas (2) Capitulum Cano-

Canonicum (3) Academia (4) Pagus (5) Collegia Opificum die Gilden/immungen. &c. l. 6. § 1 h. t. l. 6. princ. de contrab. emt. l. 2. §. 9 ff. ne quid in loco publ. Natura autem & indoles rerum Universitatis in duobus consistit. (1) ut proprietas sive patrimonium earum non spectet ad populum, sed tantum ad aliquam universitatem. V. G. ad Academiam, collegium artificum. (2) ut usus istarum rerum solum singulis locietatis membris. non vero aliis, multo minus omnibus hominibus regulariter sit communis. Et tales res olim erant, theatra, stadia, per §. 6. hic hodie adhuc fora, de quibus tamen hæc dubitatio oboritur. quod in foris etiam extraneis, qui non sunt civitatis membra, emere aliquid liceat, & videtur distinguendum, quamdiu signum publicum eo nomine est expositum die Marckfahne außgestecket ist/ omnibus promiscue tam extraneis, quam indigenis emtiones & venditiones permissæ videntur esse. Hoc vero signo publice iterum demto, extraneis ex parte hoc videtur esse prohibitum Vid. die Heinrichstädtische Ordnung cap. 24. §. die Marckfahne soll im Sommer &c. & paulo post außserhalb den freyen Wochen-Marckten/sol kein Gast mit den andern kauffen/ex earum etiam numero/sunt Judicia, sylvæ publicæ, pascua, ædificia publica die Gilden-Häuser/ & hodie in nonnullis locis die Rahts Brauhäuser/quo etiam spectant ædificia nuptialia publica die offentlichen Hochzeit-Häuser/die Commissen, uti Gvelpherbyti ejusmodi ædificium nuptiale publicum extat. Vid. die Fürstl. Braunsch. Commiss. Ordnung in princ. in verb. auch dero Behueff unser Fürstl. Commiss. Hausß allhie in der Heinrichstadt zu einem Hochzeit-Hause von neuen wiederumb anrichten &c.

Natura rerum ad universitatem pertinentium

XI.

Nullum vero Universitatis membrum ab usu ejusmodi rei prohiberi potest. Etsi si forte id evenit, membrum illud adversus prohibentem actionem injuriarum habet. *l. 13. §. fin. ff. de injur. arg. l. 2. §. 9. ff. ne quid in loc. publ. fiat.* Neque etiam res Universitatis, nisi omnium consensu, alienari, vendi ac oppignorari potest, quia utilitas ac emolumentum ejusmodi rei ad singulos pertinet. Quoniam vero ejusmodi res non sunt singulorum, sed universitatis, singuli de universitate ad testimonium in causa universitatis dicendum admittuntur. *arg. l. 6 §. 1. ff. de rer. divis. l. 7. §. 1. ff. quod cujusq. Univ. nom.* Si videlicet causa totius Universitatis commodum concernat *c. 5. X. de probat. c. insuper. 6. & c. cum nuncius 12. X. de test.* Quod si ad singulorum utilitatē pertinet, veluti quando de pascuis & sylvis publicis lis movetur in quibus singuli de civitate jus pascendi & ligna cædendi habent, isti à testimonio merito repelluntur. *l. nullus 10. ff. & l. omnibus*

Diversæ à rebus Universitatis sunt res fiscales.

10. C. de testibus. Diversa tamen à rebus Universitatis sunt ea, quæ in patrimonio civitatis & pecunia populi esse dicuntur *l. 6. ff. de contrah. emt.* Uti sunt vectigalia, metalla publica, salinæ *l. 17. §. 1. ff. de verb. sign.* & eo etiam pertinent res fiscales, & hodie etiam iis annumerari possunt *Die Cammergüter / Cammer-Intraden / omniaque ad Principem ejusque sustentationem spectantia, uti etiam sunt die Taffel-güter / l. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ. l. 15. 17. ff. de V. S.* Et illæ omninò res sunt tum quoad usum, tum quoad proprietatem in patrimonio fisci ac principis.

§. 7.
Res nullius quotuplices?

XII.

Dantur demum res, quæ nullius appellantur: Et illæ sunt quintuplices (1) sunt res ex destinatione hominum nullius,
lius,

lius, quod fit, quando aliquis res sive mobiles sive im-
 mobiles divino cultui dicat consecratque. Ex eo enim <sup>(1) censu-
 ra nullius</sup> tempore privatorum commercio sunt exemptæ, & solo
 cultui divino usum præbere possunt, & vocantur *Censurâ* <sup>(2) facto
 nullius</sup> *nullius*. Aut (2) nonnulli abjiciunt res, quas neglectui ha-
 bent, animo dominium earum sponte amittendi, & dicun-
 tur *facto nullius*, de illis autem agitur in §. penult hujus
 Tit. Aut (3) nonnullarum rerum domini propter diutur- <sup>(3) tem-
 pore nul-
 lius</sup> nitatem temporis ignorantur, & *tempore nullius* censen-
 tur. uti V. G. Thesaurus inventus §. 39. b. Aut (4) hæ- <sup>(4) Casu
 h. e. morte
 nullius.</sup> reditas à defuncto relicta, quamdiu nondum fuit ab hæ-
 redibus adita, sive hæreditas jacens, ut Jcti loquuntur,
 dicitur *res nullius casu, h. e. morte*. Deniq; (5) res in natu- <sup>(5) Natu-
 ra nullius.</sup> rali libertate vagantes, quales sunt feræ bestię, volucres &
 pisces, antequam capiuntur, appellantur *naturâ nullius*,
 propter naturalem libertatem, qua ante capturam & oc-
 cupationem ejusmodi res fruuntur. Et hæ quinque species
rerum, quæ nullius vocantur, memoriæ eò melius consu-
 lendæ ergo, sequentibus barbaris versiculis includi solent.

(1) (2) (3) (4) (5)
Censura, factio, natura, tempore, casu.
Res in nullius dicitur esse bonis.

Imperator tantum in §. 7. agit de rebus *censura nullius*,
 quæ alias divini juris res appellantur, & dividuntur istæ,
 quod vel sint *sacræ, vel religiosæ, vel sanctæ.*

XIII.

§. 8i

Res sacræ sunt, quæ, uti Imperator loquitur, rite
 per Pontifices Deo consecratæ sunt. Illæ autem res vel ^{Res sacræ.}
 sunt mobiles, vel immobiles. Mobiles sunt, calix, ca-
 plula, qua custodiuntur hostiæ, vestes, quibus in non-
 nullis locis & præcipue apud Pontificios adhuc hodie u- <sup>quotupli-
 tuntur ces,</sup>

res p. l. s. c.
Extra dominium
Communes
universitatis
nullius
censura nullius
facto
tempore
casu
natura
sacræ
religiosæ
sanctæ
mobiles
immobiles

tuntur Ministri verbi divini cultum divinum & sacram
coenam administrantes. Immobiles sunt, altare, templa
sacra, solum sive locus, in quo aedes sacrae sunt exstructae,
qui etiam diruto aedificio sacer adhuc manet per §. nostrum
8. l. 6. §. 3. ff. b. nec venire potest l. 73. ff. de contrab.
emt. verum ad rerum sacrarum consecrationem olim tria
requirebantur. (1) Ut res s. mobilis s. immobilis cultui Di-
vino destinaretur (2) ut illa destinatio & consecratio fieret
publice, & quidem (3) per Pontifices summos. *nostr. §. l. 6.*
§. 3. l. 9. ff. b. Locus autem publicus non aliter sacer fiebat,
quam cum Princeps eum dedicaret *l. 9. §. 1. ff. hic.* Hodie
vero quoad solennitates distinguendum arbitramur inter
res mobiles & immobiles. Immobiles non aliter Deo
dicantur quam consensu Episcopi sive ejus, qui jura E-
piscopalia habet, ita, si novum templum est extruendum,
Episcopus aut Consistorium, ne hoc temere fiat, prius ex-
quirere debet, an fructus & redditus adsint sufficientes, qui-
bus Ecclesia constitui, constituta conservari & mini-
stri Ecclesiae sustentari queant. *cap. ad audientiam X. de*
Eccles. aedif. num aedificium fiat loco congruo. Can. Eccle-
sias. de consecrat. dist. 1. causaque justa ac populi incremen-
tum Ecclesiae aedificationem exigat. Can. felix. Can. multi.
caus. 16. quest. 4. nec in praedictum alterius Ecclesiae fiat.
Can. Ecclesiae. can. quaecunque caus. 16. quest. 1. cap. 1. X. de
nov. oper. nunt. Carpz. Jurisprud. Consist. part. 1. D. 4.
n. 4. § lib. 2. def. 334. n. 11. 12. 13. § 14. Acce-
dunt & aliae solennitates: primus enim lapis solet poni ab
ipso Principe Jus Episcopale habente vel alio ipsius no-
mine. Imo etiam solennis quaedam concio in novo a-
edificio sacro haberi consuevit, quae Germanicè vocatur
Die

die Einweihungs-Predigt. Et in ipso Novellarum jure jam tum ex parte fundata esse videtur. *Novell. 67. cap. 2. in verb. Episcopus orationem; in loco faciat.* Quæ præterea solennitates apud Pontificios requirantur videri possunt. *Dist. 1. & extra tit. de consecr. Eccl. & altar. ibiq. Doctores.* Quod res mobiles attinet, illæ apud Augustanæ confessioni addictos statim fiunt sacræ, ex quo tempore divino cultui destinantur & Ecclesiæ exhibentur. Ast apud Pontificios videtur opus esse, ut aqua lustrali mit *Weywasser* & consensu Episcopi consecrentur. Differunt à rebus sacris res *Ecclesiasticae*: Aut enim res divino cultui mediatae aut immediate inserviunt. Hæ *sacræ*, illæ *Ecclesiasticae* appellantur. Quales sunt (1) *Ædificia Pastorum.* *Vid. Herzog Augusti Fürstl. Braunsch. Landes-Ordnung S. 103. in verb. Schließlich/weil auff den Dörffern so gar niemand auff Kirchen-Pfarz-Schulen und Küster-Gebäuden acht gibt &c.* (2) *structura Monasteriorum* (3) *Bona personis & rebus cultui divino destinatis inservientia*, uti sunt *decimæ zehende/agri parochiales Kirchen- oder Pfarz-acker/horti, Kirchen-Garten & similia*, quibus structurae ædificiorum sacrorum conservantur & personæ Ecclesiasticæ sustentantur. Huc etiam pertinent ædificia viduarum der Pfarz-Witwen. *Vid. Die Braunschweigische Kirchen-Ordnung fol. 204. Daß eine jedwede Stadt und Kirchspiel in unsern Fürstenthumb eine Wohnung/ wo es am gelegensten seyn wird/ fürderligst sollen bauen/ Darinnen sollen der Pastoren verlassene Witwen die Zeit ihres Lebens die freye Wohnung haben &c.*

XIV.

Utraque res tam sacra quam Ecclesiastica non potest alienari vel obligari, quia est extra patrimonium: nisi re-

C

quisi-

Rex Sacræ
& Ecclesi-
asticæ alie-
nari neque-
unt.

Differentia
rerum sa-
crarum &
Ecclesia-
sticarum,



Causæ ob
quas res
sacrae &
Ecclesiasti-
ca possunt
alienari.

quisitis his concurrentibus. (1) Ut iusta alienationis adsit causa (2) eiusque cognitio præcedat & (3) decretum & consensus Episcopi, apud nos Magistratus Ecclesiastici, sive Consistorii, quod principem repræsentat, accedat, *Carpz. Jurisprud. Consist. lib. 2. def. 300. 301. 302. 303.* Causæ autem alienationis iustæ sunt (1) Redemptio captivorum, si ab Ethnicis & Turcis Christiani in captivitatem detrusi sint §. 8. *bicl. 21. C. de SS. Eccles.* (2) Urgens æs alienum Ecclesiæ *Novell. 120. cap. 10.* (3) si pauperes in aliqua Ecclesia degentes non aliter quam rebus Ecclesiasticis alienatis sustentari queant. *l. 21. C. de SS. Eccles.* (4) Si utilitas Ecclesiæ hoc exigit, uti, quando res sterilis Ecclesiastica venditur, ut pretio accepto res frugifera iterum comparentur *cap. 1. in 6to de reb. Eccles. non alien. l. jubemus 14. in fin. Auth. hoc jus porrectum vers. ut semper major utilitas servetur Ecclesiæ. Cod. de Eccles.* Quibus addimus (5) subitum bellum Christianis à barbaro & Ethnicis hoste imminens. *Recess. Imper. Spirens. de anno 1542. §. 65.* Aber die Kirchen-Kleynotter und Bezierde sollen in dieser Anlage nicht mit begriffen / sondern als zu einem Schutz der Christenheit / wo man der zu einer eilenden nothwendigen / unvermeidlichen hülff bedürffen würde / gespahrt und behalten werden. Quod & repetitum legitur in *Recess. Spirens. de Anno 1644. §. aber der Kirchen Kleynotter 2c. XV.*

§. 2.
Res religi-
osa.

Res religiosa sunt loca non tantum ad mortuos inferendos destinata, sed quibus jam actu cadavera mortuorum sunt illata. Ante autem illationem mortuorum ille locus Græcè appellatur *κενοτάφιον* h. e. inane Sepulchrum, Mausoleum. Hinc pro religioso habentur omnia sepulchra, non vero inania loca, quia locus non fit religiosus conse-

consecratione, aut verbis solennibus, sed tantum illatione mortui. *l. 7. b. t. l. 6. in fin. b. l. 2. §. 5. l. 42. ff. de relig.* Quod personas attinet, qui locum religiosum constituere possunt. Distinguendum est inter Jus Civile & hodiernū sive jus Novum, Olim jure Civili potestas constituendi locum religiosum erat penes privatos, ita ut quilibet privatus potuerit sibi locum religiosum facere in fundo suo ac proprio ad eum solūm spectante. *per l. 6. §. 4. l. 7. ff. b. t. jung. l. 6. §. ult. ff. de relig. & sunt. fun.* Inde fluit (1) quod invito socio in locum communem purum inferre non licuerit. In commune vero Sepulchrum etiam invitis cæteris licebat inferre. *l. 6. §. 4. l. 7. ff. commun. di. vid. l. 2. §. 5. in fin. ff. de relig.* quod tamen cum Calistrato temperandum. *l. 41. ff. de Relig.* (2) Quod proprietarius, si alter usumfructum haberet, non nisi consentiente usufructuario locum religiosum facere potuerit. *vid. l. 2. §. 7. ff. de relig.* (3) Quod consentiente solūm domino in alienum locum inferre licuerit, & licet postea ratum habere nollet, tamen locus maneret religiosus.

XVI.

Jus autem hodiernum quod attinet, videntur hæc omnia maxime esse mutata. Ita ut hodie nulli privato amplius sit permissum facere locum religiosum: Sed ex consensu Episcopi vel etiam Senatus Ecclesiastici seu Consistoriorum certa loca ad mortuorum illationem soleant destinari, eaque vocantur Coemiteria seu dormitoria Kirchhöffe / in quibus defunctorum corpora sunt sepelienda. Illa autem ab omni illuvie purganda & sepimento vel mænibus cingenda sunt, ne forsan feræ bestię sepulchra suffodiant & cadavera devorent. *Carpz. Jurisprud. Consist. lib. 2. D. 373. n. 11. jung. D. 385. n. 4. & 8.* Ratio mutati juris videtur esse, ne cædes & infanticidia regantur

Jus hodiernum in locis religiosis.

*si in tali loco sepulta
reperiuntur, statim inquiri.*

Profundi-
tas sepul-
chrorum.

atque maneat impunita, uti olim fieri poterat, ubi cui-
libet privato in loco proprio licebat loca facere religio-
sa. Quodcumque autem fovet delicta & vitia in re-
publica, illud ex ista est exterminandum. Atqui pote-
stas privato concessa locum religiosum faciendi, est tale
quid E. Illa loca Jure Civili tantum extra urbem erant
facienda: l. 3. §. 5. ff. de sepulchro viol. l. 12. C. de religios. &
sumt. fun. Ne ob foetorem mortuorum & vapores ex pu-
trescentium corporum conditoriis erumpentes morbi pesti-
lentes in civitate excitentur arg. l. 1. §. 2. ff. de Cloac. Ju-
re vero Canonico tam in urbe quam extra urbem videntur
permessa esse coemiteria can. cum gravia 17. can. Nullum
18. can. non aestimemus 19. causa 13. quest. 2. Apud nos sin-
gularum locorum consuetudines sunt attendendæ, ita ut in
nonnullis locis intra urbem coemiteria tolerentur. Quod
sepulchra attinet, illa debent habere justam profundita-
tem, ne corpora defunctorum facile possint erui ex suis
sepulchris, & eo nomine hodie solet esse constitutum, quod
sepulchra adultorum habeant profunditatem trium ulna-
rum Germ. Manns-Tieff/infantum vero duarum Carpz. in
Jurisprud. Consistor. lib. 2. def. 373. n. 12. & seqq. Solent etiam
in nonnullis civitatibus ædificia esse, in quibus ossa defun-
ctorum eruta conservantur die Bein-Häuser.

XVII.

Denique adhuc quærendum est (1) An Ecclesia ali-
quid exigere possit pro sepulchro concesso (2) An Ministri
divini verbi jure aliquid exigant, pro officio funeris sequen-
di. Et si justam Civile quam Canonicum sequi velimus,
neque Ecclesia, neque ministri verbi divini aliquid exigere
possunt l. 18. C. de SS. Eccles. per capit. abolendæ consuetu-
dinis 13. de sepult. cap. prohibemus 8. in verbis: pro sepul-
tura

tura quoque X. de Simon. Verum Jus Canonicum postea & hodierna praxis hanc doctrinam ita restrinxit, nisi consuetudo rationabilis adsit, Ecclesiae & ministris divini verbi tum pro concessione sepulchri tum pro officio funeris sequendi aliquid capere permittens cap. ad Apostolicam audientiam 42. X. de Simon. Carpz. in Jurisprud. Consist. l. 1. def. 112. Multae enim Ecclesiae praecipue apud Augustanae confessioni addictos adeo sunt pauperes, ut aliis redditibus, nisi ejusmodi quid accipiant, structura aedificii sacri vix facta tecta conservari possit. Accedit quod in multis locis exigua salaria soleant esse constituta ministris verbi divini. Atque adeo quicquid accipiunt pro funere sequendo pro parte salarii quasi est habendum. Idem videtur originem dedisse honorario proclamationis & copulationis dicit *Opffer-Gelde / oder Opffer-Pfennig / Beicht-Gelde / &c. vid. Herzog Julii Wolffenbüttelsche Ordnung p. 200. in verb. Damit sich auch die Kirch-Diener desto besser erhalten mögen / so sollen die gewöhnlichen Accidentalien als von Kinder-Tauffen / Verehligung / Besuchung der Kranken / Begräbnis / Viertel-Pfennig / Umgang und dergleichen hinfürt / wie bishero den Kirchen-Dienern gereicht werden. Carpz. in Jurisprud. Consist. lib. 1. def. 105. 111. § 118.* Hoc, antequam ad res sanctas transgrediamur, tribus verbis monendum est, in Instrumento Pacis Osnabrug. Caesareo Svecic. salubriter constitutum esse, *nullibineque Catholicos, neque Augustanae confessioni addictos à publicis coemeteriis; honoreve sepulturae arcendos esse, aut quicquam pro exhibitione funeris à superstitionibus exigendum, praeter cujusque Parochialis Ecclesiae jura pro demortuis pendi solita art. 5. §. 34.*

§ 10.
Res sanctæ
quænam.

(1) Portæ.
(2) Muri.

Sanctæ res, dicuntur, quæ speciali legis sancti-
one munitæ sunt adversus hominum injurias. l. 9. §. 1. 2.
b. l. 9. §. 3. ff. eod. Tales autem sunt (1) secundum Jus
Romanum, Portæ. (2) Muri civitatum, propugnacu-
la, arces munitæ, & ubi Camera Imperialis aut alias secre-
ta habentur. *Schneidw. & Vultej. bic.* Et hoc non tantum de
urbis Romæ, verum etiam reliquorum municipiorum por-
tis ac muris intelligendum est. *Habniæ ad Wesemb. parat.*
b. t. n. 1. Et si quis olim tantum muros transcenderet, capitis
pœna afficiebatur. l. fin. ff. bic. Hodie distinguendum est,
inter eum, qui animo hostili transcendit, & illum, qui ex la-
scivia & petulantia hoc facit. In priorem pœna capitis;
In posteriorem, arbitraria constituta est, quæ tamen inter-
dum ad fustigationem exasperatur, plerumque pœna
carceris, multæ, relegationis vel temporalis vel perpe-
tuæ esse solet. Vid. *Herzog Augusti renovirter Burg- und*
Hausfriede de an. 1645. 10. April. in verb. Noch keiner auf
oder über unsere Bestung/ Staket und Wälle/ vorsätzli-
cher/ oder verdächtiger Weise gehen/ steigen oder lauffen/ so
oft das einer oder mehr thäten/ sollen der oder die nach Be-
findung mit der Straffe unsers Burg un Hausfriedens ic.
gestraffet werden. Carpzov. in pr. Crim. part. 1. quest. 40. n.
24. & 25. Philip. Eclog. 2. lib. 2. n. 7. & 8. (3) *Talis res sancta*
est Vallum l. 3. §. 17. ff. de re milit. (4) *Leges l. 9. §. 3. ff. b. quia*
illarum violatores acerbe solent puniri, interdum etiam ipsa
violationis pœna legibus est inserta. Habemus in nostro im-
perio duas leges publicas notissimas; altera est de pace pro-
fana, altera de pace religiosa. Adversum fractores harum
legum pœna banni constituta. Land-Friede de Anno 1548.
art. 3. in verb. zusambt andern Bönen in unser und des H.
Reichs

(3) Vallum.
(4) Leges.

Reichs Recht gefallen seyn. (5) Legati etiam sunt inviolabiles jure Civili & Gentium. *l. si quis ult. ff. de legat.* idque non tantum locum habet in personis legatorum, licet atrocius delictum perpetraverint, quo tamen casu mittendi sunt ad eum, qui eos misit cum postulato, ut illos puniat aut dedat. *Hug. Grotius de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 18. tb. 4.* Verum etiam in legatorum comitibus, vasis aliisque bonis mobilibus. Inde lege Juliâ de vi publicâ tenentur non modo qui legatos, sed & qui comites eorum injuriâ affecerunt. *l. 7. in verb. Quod ad legatos, oratores comites ve attinebit, si quis eorum (quem) pulsasse, sive injuriâ fecisse arguetur. jung. Hug. Grotius dict. loc. tb. 8. & 9.* (6) Nostrum imperium sanctum appellatur: Das heilige Römische Reich / quia debet esse munitum adversus injurias tam hostium internorum quam externorum. Et eò spectat (1) Transactio Passaviensis, Pax religiosa & Profana, *Germanicè Religion- und Land-Friede, R. I. 1594. §. Als dan wir 94. R. I. 1555. §. Sehen demnach 14. in fin.* (2) Constitutio circularum, (3) ille modus collectandi Universalis in imperio hodie adhuc usitatus. *Die Römer Monath. Vid. instr. Pacis Osnabrüg. art. 16. §. 10. in verb. vel majori numero der Römer Monath gravetur.* Demum (4) quæ in eodem pacis instrumento de utraque pace, tam profana, quam religiosa, saluberrimè sancita reperiuntur, aliaque in eo comprehensa, quæ tranquillitatem publicam concernunt. *Instrum. Pac. Osnabrüg. art. 5. §. 1. & art. 8. §. 2.*

XIV.

Haftenus Imperator egit de rebus, quæ in singulorum patrimonio non existunt, nunc transit ad *res singulorum* & quæ à singulis acquiri possunt, deque iis agere incipit in §. II. earumque tractatum usque ad finem

(5) Legati.

(6) Nostrum Imperium.

§. II.

nem hujus tituli continuat. Duo autem hic notanda veniunt (1) quid sit dominium & (2) divisio modorum acquirendi. Quid sit dominium ex Arist. Polit. lib. 1. c. 5. clare demonstrari potest. Ibi enim summus ille Philosophus pro fundamento adducit generale istud principium tam ex Ethicis quã Politicis notissimum: quod omnis res à Deo sit producta ad certum finem & usum, non vero frustra, quia Deus & natura nihil faciunt frustra. *Uusus autem ille vel est proprius:*

Uusus rei V. G. Equi ad equitandum aut vehendum: vel *communis,*
quoruplex. & ille consistit in alienatione: nam omnes res, quæ in privatorum sunt commercio alienari possunt: Cui accedit quod res nostræ vel naturaliter sese soleant multiplicare, nulla industria humana accedente, vel simul eâ cooperante. V. G. Aves naturaliter sese multiplicant, quin & feræ bestię, licet nulla industria humana accesserit. Ast agri non aliter producant fructus nisi accedente humana industria ac labore. Et hæ multiplicationes rerum Jctis dicuntur *fructus.* Præter fructus autem interdum rei solet aliquid ex accidenti adjici. V. G. Si nostris agris aliqua fundi particula per alluvionem adjiciatur. Quod sæpius solet fieri in fundis, magnis & rapacibus fluminibus proxime adjacentibus: vocatur hoc *Accessio.* Ex hisce jam præmissis facile nunc erit cognitu, in quonam vera natura & indoles dominii consistat, & quinam plenum alicujus rei dominium habere dici possit. Nimirum: Ad quemcunque (1) res ipsa spectat (2) usus rei proprius (3) usus communis, sive alienatio (4) Multiplicatio s. fructus rei (5) Rei accessio, & quidem ita, ut (6) quemlibet alium ab illa re ejusque usu prohibere possit. *Vid. Dn. Eichel. in eleg. tract. de Reg. Jur. cap. 9. th. 41.* Jcti alias *dominium* describere solent: *quod sit jus, quo res aliqua nostra*

*Uusus rei
quoruplex.*

Fructus.

Accessio.

*Quinam
dominium
habere di-
citur.*

*Descriptio
dominii
Jctorum.*

stra

stra sit. sive dominium est jus in re, quo res cujusque propria est. l. 52. §. 10 ff. pro socio. arg. l. 13. ff. de acq. rer. dom. Ex qua Jctorum descriptione colligi potest, quod doctrinae gratia dominium dividi possit, in dominium plenum, vel minus plenum. Plenum dicitur ille habere, qui omnibus juribus gaudet, quae paulo ante sunt enumerata. Minus plenum ulterius dividi solet in directum & utile. Directum ille solum habet, ad quem ipsa res spectat. Utile ad quem (1) pertinet usus proprius (2) fructus, imo (3) Accessio, qualis est Vasallus & Emphyteuta, nam uterque omnes fructus potest percipere ex bonis feudalibus & emphyteuticis. l. 36. ff. de acquir. rer. dom. 2. Feud. 8. 23. 28. §. bis consequenter 1. Feud. 4. §. si quis de manso. Haec de dominio.

Dominium quoniam plex. Plenum dominium habere dicitur. Minus plenum quoniam duplex. Directum quoniam habet. Utile quoniam nam.

XX.

(11) Modi acquirendi sunt duplices, vel Universales vel singulares. Aut enim res Universalis acquiritur, qualis est hereditas, nam illa constat ex variis rebus mobilibus, immobilibus, corporalibus & incorporalibus, & sic pro universali re habenda est. Aut vero acquiruntur res singularis V. G. Unus vel duo fundi, & ille modus acquirendi vocatur Singularis. Singularis acquirendi modus dividitur in §. 11. quod sit vel juris naturalis, sive gentium, vel juris civilis. Prior ab Hugone Grotio dividitur in modum acquirendi originarium & derivativum. Aut enim res acquiruntur, quae in nullius existit dominio, & ille modus dicitur Originarius: Aut res acquiruntur, quae jam tum in alterius dominio existit, ita ut ejus rei dominium ex consensu & voluntate domini in nos transferatur, & vocatur derivativus. l. 2. de J. B. & P. c. 5. 6. 7. Originarius acquirendi modus unicus existit, nempe Occupatio, & certo modo Accessio. Occupatio

(11.) Modi acquirendi vel Universales vel Singulares Singularis acquirendi modus est vel juris naturalis s. gentium, vel civilis. Modus acquirendi Originarius Modus acquirendi derivativus.

D varia

Dominium est plenum
minus plenum
Directum
utile
Modi acquirendi
Universales
Singulares
Originarius
derivativus
Sola natura operante
Sola industria sum.
partem industria sum. partem nat. operante

varia est : aut enim occupamus personas aut res : De oc-
 cupatione personarum agitur in §. 17. & illa locum habet in
 bello vocaturque *Captivitas* sive *occupatio bellica* : Aut
 occupamus res : Illæ autem sunt duplices , vel inanimatæ ,
 uti lapides , gemmæ &c. & illa occupationis species *inven-*
 (1) *tio* appellatur , de qua agitur in §. 18 ; vel animatæ , & illæ
Inventio. iterum sunt triplices. Aut enim existunt in aëre , & sunt
 Volucres , aut existunt in terra , & vocantur feræ bestiæ :
 aut in aqua vivunt ; uti pisces. Occupatio rerum in aëre
 (2) *Aucupium* existentium vocatur *Aucupium* , de quo agitur in §. 14.
 15 16. Occupatio ferarum bestiarum dicitur *Venatio* , de
 qua in §. 12. 13. Occupatio rerum in aqua existentium sive
 (3) *Piscario.* piscium , vocatur *piscatio*. Et hujus occupationis uno
 tantum verbo fit mentio in §. 12. Verum de his omnibus in
 sequentibus plura erunt adducenda.

XXI.

§. 12. Quod igitur primum *Venationem* attinet , illa est
Venatio occupatio bestiarum terrestrium s. quadrupedum in na-
 quid. turali libertate vagantium omnibus hominibus Jure Na-
 turali & Gentium competens. l. 1. §. 1. ff. de A. R. D. Nam
 quodcunque nullius est , id naturali ratione occupanti
 conceditur , per nostrum §. 1. 3. init. ff. de A. R. D. Atqui
 feræ bestiæ in sylvis oberrantes ante capturam sunt nulli-
 us. E. Accedit quod occupans , dominium ejusmodi be-
 stiarum nanciscatur in præmium laboris & industriæ. Hinc
 (1) *Quintil. decl. 13. Quod omnibus nascitur , industriae præ-*
 (2) *mi-um est.* Eousque autem dominium ferarum nostrum
 esse intelligitur , quousque occupans earum custodiam re-
 tinet. Quod si vero evaserint custodiam nostram & in li-
 bertatem naturalem se receperint , rursus fiunt occupantis.
 (3) l. 3. §. 2. ff. de acq. rer. dom. Tum autem naturalem liber-
 tatem

Domini-
 am fera-
 rum besti-
 arum in
 quoniam
 consistit.

tatem recipere intelliguntur, cum vel oculos nostros effugerint, vel ita sint in conspectu nostro, ut difficilis sit earum persecutio. *l. 5. init. ff. de A. R. D.* nisi forsan feris *γωεϊσ-μαρα* sive crepundia addita fuerint, unde dignosci possunt, qualia interdum cervi & accipitres habere solent, atque inde agnosci & dominis reddi debent. *Hugo Grotius de J. B. & P. l. 2. c. 8. th. 3.* Licebat autem olim tam in fundo proprio, quam alieno venari, si dominus istius fundi hoc permetteret. Ingredientem tamen dominus si prævidebat, poterat prohibere. *l. 3. §. 1. ff. de A. R. D. & l. 5. §. 3. ff. eod.* Cui si non parebat, sed contra prohibitionem ingrederetur, dabatur domino adversus eum actio injuriarum. *l. 13. §. ult. ff. de injur.* veletiam ex L. Aquiliâ, si fructus fundi forte lælerit. *Giphan. ad §. 12. hic.* Nam in prædio alieno invito domino venari non licet. *l. 16. ff. de servit. præd. rust.* Verum quod quis ita cepit, nihilominus sibi acquirit, quia hic non jus solùm, nec ingressum prohibitum, sed occupationem feræ jure licitam inspicimus. *Wesjenbec. hic n. 2. & Schneidew. n. 8.* Videntur autem Venationes non solum naturali gentium & civili, verum etiam ipso Divino jure omnibus hominibus concessæ esse. *Matth. Wesjenbec. in parat. ff. de A. R. D.* Cum Deus O. M. ferarum dominium universo generi humano subjecerit, *c. 1. Genes. vers. 26. & 28. Psalm. 8. vers. 7. 8.* Inde nonnulli ita argumentantur: Quodcunque jure divino & naturali permittitur, illud nemini, ne à Principe quidem, adimi potest. Atqui Jus venandi est tale quid. E. Cum tamen hodierna praxis contrarium testetur. Verum ad Majorem responderetur, distinguendo inter Jus naturale proprie dictum & præceptivum, & inter jus naturale permissivum. Prius mutari nequit, quia mandat honestum, vetat turpe. Posteriorius

Venatio-
nes jure
naturali.
gentium &
civili lici-
tæ.

Distinctio
juris natu-
ralls.

rius verò omninò mutari potest utilitate publica id exigente, ad quod etiam pertinet jus venandi & piscandi.

XXII.

Moribus hodiernis à jure civili recessum est, & Principes ac status Imperii aliique magnates sibi jus venandi, tanquam regale vindicant, ob has præcipuè rationes. Quia (1) Subditi per venationes à culturâ agrorum & laboribus ordinariis avocantur, (2) Nimiis sumptibus, quos venationes requirunt, immergunt, iisque sæpius rediguntur ad incitas. (3) Solet promiscua venandi licentia præbere occasionem latrocinii. (4) Ipsæ bestiarum species hoc modo facile pereunt & extirpantur. Vid. *Edict. Henr. Julii de an. 1598. 26. Sept. in verb.* Weil aber solches nicht allein zur Verschmälerung unser Wildbahnen und Veröfung unser Hage-Wasser / sondern über und wider unser beschehen bevorige Verbot / uns zu einem sonderbahrem hohen Veracht und Troß geschicht / daneben sich auch befindet / daß solche leichtfertige lose Buben gemetlichen mehrer Unthaten als Diebstals / Mordens / Raubens und dergleichen zugleich schuldig ic. Hinc ut malo huic eo melius occurreretur graves poenæ in feripetas eosque, qui venationes illicite instituunt decerni solent, imò qui solum ferarum foetus & lepusculos auferunt, de quibus singulorum locorum mores consulendi sunt, cum in plerisque fere locis variant. *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 94. n. 6. Matth. Stephan de Jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 443. jung. die Fürstl. Braunsch. Landes Ordnung §. 46.* Wer ein junges Wild oder Rehe-Kalb / oder ein wildes Fröschlein auffänget / zernichtet / oder wegbringet / der soll in 30. Thl. Straffe erkant werden. Et consistunt, in amissione retium, sclopetorum, aliorumque instrumentorum venaticorum. *Vid. Herzog Heinrichs des Jüngern offenes Edict. der*

Jus venandi ad quem hodie spectat. Rationes, ob quas Principes sibi attribuunt jus venandi.

- (1)
- (2)
- (3)

Poenæ feripetarum Amissio sclopetorum, retium.

Der Jacht wendwercks halben *sub dato* den 4. Aug. Anno
1659. in verb. daß nicht allein die Garn/Büchsen/ uñ was
sie sonst zu obgemeldten jagen / schlessen und kuren ge-
brauchen ic. in multa: *Serenissimi Herzog Augusti zu*
Braunschweig ic. edictum wider das Wild-Schiessen *sub*
dato den 16. Julii Anno 1643. in verb. Bey Vermeidung
unserer höchsten Ungnade und bey Straffe allemahl 100.
Goldgülden. In Poena corporis afflictiva *per dictum Her-*
zog Heinrichen des Jüngern offenes Edict. in verb. Dañ
wir den oder dieselben am Leib dermassen zu straffen ge-
denckē / daß andere gewislich abscheutig darob werden sol-
len. Quæ poena etiam usq; in capitalem adversus feripetas
sive fures ferarum Wild- oder Wildpret-Diebe / Wildbe-
schädiger / Wilderer *circumstantiis ita exigentibus exaspe-*
rari potest. Serenissimi Herzog Augusti zu Braunschweig ic.
Edictum wider das Wildschießen *sub dato* den 6. Julii anno
1643. in verb. und noch wohl nach Gelegenheit unnach-
lässiger Lebens Straffe. Fürstl. Braunsch. Land-Ord-
nung S. 93. Wer an verbotenen Orten jagen / schiessen / ku-
ren wird / der soll mit Gefängnis / und darzu einer Geld-
Straffe / auch wohl gestalten Sachen nach / gar an Leib
und Leben gestraffet werden. Nec obstat, quod inter deli-
ctum & poenam debeat esse proportio, quæ hic videtur cessa-
re, quoniam hominis vita cum bestia æstimari nequit. Nam
in determinatione poenarum non solum respiciendum est
ad materiam & objectum delicti, verum etiam ad frequenti-
am & neglectū Magistratus propter quem poenæ interdum
usq; ad mortem exasperari solent. *Vid. Edict. Henr. Julii*
sub dato Brünigen An. 1598. d. 26. Sept. ubi neglectus Ma-
jestatis his verbis exprimitur: Weil aber solches nicht allein
zur Verschmälerung unser Wild-Bahnen und Veröfung
unser Häge-Wasser / sondern über und wider unser be-
schene

Pœna
multæ.

Pœna cor-
poris affli-
ctiva.

sub dato
1643
1643

schene bevorige Verbot / uns zu einen sonderbahren ver-
acht und trotz geschiehet etc. *Carpz. tract. crim. p. 2 quæst. 8 4.*
n. 38 & seqq. Licet multi DD. in contraria sint opinione,
& edicta illa venationis tanquam nimis rigorosa & satis ini-
qua pronuncient, uti patet ex *Comp. Pandect. Tractatione*
Eckolti ad tit. ff. de acquir. rer. dom. Ludwell. disp. 4. lit.
C. in fin.

XXIII.

Subditi jus
venandi
habent.

Hodie igitur subditi jus venandi non habent, nisi illud
ex singulari gratia tanquam feudum per concessionem Prin-
cipis expressum, aut tacite per temporis immemorialis lapsum
à superiori impetraverint, daß ihnen die hohen Jagten aus-
drücklich verliehen sind. *Gail. 2. Obs. 66. n. 7.* Id quod plu-
ribus deducunt. *Sixtin. de Regal. l. 2. c. 18. n. 33. & 45.*
Matth. Wesenb. in parat. ff. de A. R. D. ibique Henr. Hahn.
p. 492. part. 2. Et eò spectat der Land-Tages Abscheid zu
Salzdalumb/am 3. Junii Anno 1597. zum acht und drey-
sigsten/die Jagt und Fischeren betreffend/ ist in gemein
verabschidet/ daß die jenigen/so von Alters bey lebendiger
Menschen Gedencken die Jagten und Fischeren recht-
mässiger Weise hergebracht auch hinfür an den Enden
und Orten/da/wen und auf was Art und Weise/wy berürt
weiter und anderer Gestalt aber gar nicht hinführo gelas-
sen werden. Land-Tags Abscheid zu Sandersheim
de Anno 1601. zum achten. Land-Tages Abscheid zu
Wolffenbüttel de Anno 1619. §. Es soll auch vors drey
und dreyzigste. Quod si autem Princeps aliquem inve-
stiat cum venationibus mit den Jagten in genere, tum sal-
tem captura minorum ferarum sive inferiorum, veluti le-
porum, vulpium &c. non vero majorum seu nobiliorum,
puta nigricantium atque rubentium, Cervorum nempe,
Capreolorum, Aprorum &c. vulgò des hohen rothen
und

und schwarzen Wildes/ concessa est. Hæc enim venatio
specialem concessionem desiderat. *Webnerus in Pract. obs.
verb. Forst-Recht. Andr. Knichen de Vest. pact. p. 2. c. 2.
32. & seq.* Rationem DD. hanc esse volunt, quod generali
concessione non transeant ea, quæ Princeps specialiter alicui
concedere solet. *cap. in generali, de R. J. in 6to.* Ubi ita-
que specialis desideratur provisio, generalis non sufficit.
Pbilip. Eclog. 4. p. 275.

XXIV.

Quod si demum accidat, ut alius feram bestiam vul-
neret, alius eam capiat ac occupet: ista non ad vulneran-
tem, licet Trebatius id senserit, *l. 5. §. 1. ff. de acq. rer. dom.*
Sed, ad occupantem pertinet, nisi forte in uno atque altero
loco legibus venatoriis aliud sit cautum. Quia non per
vulnerationem, sed per occupationem feræ bestię domi-
nium acquiritur. Quinetiam multa accidere possunt, ut
ea non capiamus. *Vid. l. 5. §. 1. ff. de A. R. D. Noë Meu-
rer. von Fürstlicher Oberherzoglichkeit und Gerechtigkeit.* Et
inde proverbium ortum est: *Aliis leporem excitasti.* *Hug.
Grotius d. l. 2. c. 8. th. 3. in fin.*

S. 13.

XXV.

Secundam occupationis speciem *Piscationem* scilicet Piscationis
descriptio. Imperator Justinianus uno tantum verbo attingit in §. 12.
Est autem piscatio captura piscium cuilibet jure gentium
permessa, non tantum in mari & fluminibus, verum etiam
in stangis alienis, quia jure Civili in nullius sunt dominio
adeoque fiunt occupantis. *l. 1. §. 1. ff. de A. R. D. l. 5. §.
ult. ff. de rer. divis.* Distinguendum tamen hic est, aut
pisces custodiuntur & asservantur in piscinis in den Hel-
lern / aut sunt in fluminibus nec custodiuntur. Si prius
in ejus sunt dominio, ad quem piscinæ die Hellers und
Fisch-

Fisch = Teiche pertinent. Et qui ejusmodi pisces invito domino contrectat, revera committit furtum, & arbitrariè punitur vel carcere vel multa vel relegatione sive temporali sive perpetua. *Constit. Carol. art. 169. l. 3. §. 14. ff. de acq. poss. jung.* Fürstliche Braunschweigische Landes-Ordnung §. 93. wer in Deichen / Fischereyen und Hege-
Wassern / da er nicht berechtiget ist / fischen wird / der soll nebest Erstattung des Schadens / Gefängnis / und darzu einer Geld-
Straffe / etc. Sin posterius, olim fiebant occupantium, quia pisces in nullius erant possessione vel dominio, antequam caperentur. Hodie vero Jus piscandi in mari & fluminibus publicis rivisque, qui Germanicè die Häge-
Wasser vocantur ad regalia spectat, & per consequens illud regulariter solum usurpare possunt Superiores & quibus hæc potestas à Superioribus est concessa. Text 2. Feud. 57. Vid. Edict. Henr. Julii sub dato Gröningen den 26. Sept. anno 1598. Et edict. D. Julii D. B. & L. sub dato Heinrichstadt d. 30. Julii An. 1591. in verb. das wir derowegen die Nothturfft erachtet etc. jung. Land-
Tages Abschied zu Salzdahlumb de Anno 1597. §. zum acht und dreyssigsten in verb. die Jagten und Fischereyen rechtmässiger Weise hergebracht. Land-
Tages Abscheid zu Sandersheimb 1601. §. zum zwanzigsten sollen die Wasser etc.

Hodie ad quem spe-
ctat Jus
piscandi.

XXVI.

§. 14.
Aucupium
quid?

Avium dif-
ferentia
(1) Naturâ
feræ.

Sequitur jam tertium occupationis genus, quod vocatur *Aucupium*. Est igitur *Aucupium* nihil aliud, quam captura avium Jure gentium omnibus hominibus permessa. l. 3. §. 15. ff. de acquir. vel amitt. poss. Aves enim in nullius sunt dominio, & hinc fiunt occupantis. Distinguendum tamen hic est Jure Civili inter aves, nam illæ sunt quasi in triplici Differentia: Aliæ sunt (1) naturâ feræ, & de illis agitur

agitur in §. 14. quales sunt apes, quod & de Jure Saxoni-
 co obtinet. Weichbild art. 119. in fin. vers. den die Bine ist
 ein Wilder Wurm. Aliæ (2) sunt naturâ quidem feræ, (2) Naturâ
 possunt tamen mansue fieri, & de illis agitur in §. 15. De- quidem fe-
 mum (3) aliæ sunt naturâ mansuetæ & de illis mentio fit tamē man-
 in §. 16. De avibus naturâ feris hæc conclusio Jure Civili sue fieri
 notanda: Quod omnes aves naturâ feræ fiant occupan- (3) Naturâ
 ris; hinc Imperator de apibus idem asserit. Distinguendo mansuetæ.
 tamen hic est, aut enim (1) sunt inclusæ alveo, aut non; si avium na-
 prius pertinent ad includentem; sin posterius fiunt occu- turâ fera-
 pantis Nam apes alveo non inclusæ, non magis nostræ rum.
 intelliguntur quam volucres, quæ in nostra arbore nidum Distinctio
 fecerunt. Et inde sequitur quod favos inde quilibet exi- apium.
 mere possit, licet hodie id mutatum velit Noë Meuer
 von Fürstlicher Oberherligkeit und Berechtigkeith part. 2.
 rubric. von Eigenschafft der Immen/ illas de consuetu-
 dine Jus venandi per dñere asserens. verb. Und gibts
 der gemeine Gebrauch und erfahrung/ daß die Immen
 wie andere Thiere im Forst gehörig/ Wild/ niemandes/
 auch keinen Unterthanen/ ohne des Forstherren wissen
 und Bewilligung die außhauen zc. Quod autem exa-
 men apium alveo nostro inclusarum attinet: distinguen-
 dum, aut existit in nostro conspectu, ita ut facilis ejus sit Examen a-
 persecutio; Aut effugit nostrum conspectum, ita ut illud pium.
 difficulter possimus persequi, & tum fit occupantis. Nam
 istud examen videtur esse in nullius dominio, & per con-
 sequens ad occupantem pertinet vid. l. 5. §. 2. 3. 4. ff. de
 Acquir. rer. dom. Id quod & hodie strictè circa apes
 observari solet, nisi contraria alicujus loci adsit consue-
 tudo. Quæ in singulis locis probe attendenda est. Schneidw.
 d. §. 14. n. 6. Zæf. in §. 14. n. 22.

E

XXVII. Se-

XXVII.

S. 154
Columbæ
ac pavones
in cuius sunt
dominio.

Detentor
columbarū
Ejus poena

Secundæ speciei aves naturâ feræ, mansuefieri tamen solitæ, sunt columbæ, pavones; Hæ autem sunt in dominio possidentis, quamdiu animum revertendi habent, & horis ac diebus evolare & revolare solent. *Varro de re rust. lib. 3. c. 16. Columell. l. 8. c. 12. l. 5. §. 5. ff. de Acquir. rer. dom.* Ex quo autem tempore animum revertendi abjecerunt, fiunt occupantis. Animum vero revertendi tum abjecisse dicimus, quando ultro non revertuntur in locum ex quo fuere dimissæ. Hinc sequitur, si ab alio includantur, aut alicujus insidiis per fucatas inescationes detinentur, adhuc pertinere ad priorem dominum, quia animum revertendi adhuc habere videntur. Ejusmodi autem detentor revera furtum committit, & ratione circumstantiarum, poenâ carceris vel mulctæ cum rei furtivæ restitutione afficitur. *l. 8. §. 1. ff. famil. bercisc. Habnii ad Wesenbec tit. de furtis n. 5. Philip. Eclog. 6. n. 8. seqq. Dn. Carpzov. in 1. F. p. 4. c. 36. def. 1. §. ult.*

XXIIX.

Tertiæ speciei aves naturâ mansuetæ sunt anseres & gallinæ, à quibus tamen diversæ sunt gallinæ feræ & anseres feri. *l. 5. §. 6. ff. de acq. rer. dom.* De occupatione harum avium hæc notari solet regula: Quod illæ non fiant occupantis, sed qui detinet & capit alienas gallinas & anseres, vel saltem eo animo illas aves turbat, ut avolare debeant, & turbans eò facilius capere possit, illum revera committere furtum. Hæ enim aves in dominio sunt possidentis, & sic non existunt res nullius, quales fiunt occupantis: *d. l. 5. §. 6. l. 44. ff. de Acq. rer. dom.* quod & adhuc hodie obtinet, ita, ut in hoc Ducatu poena 10. thalerorum sit constituta in eum, qui alterius columbas capit. *Fürsil. Br. Landes-Ordnung*

Ordnung §. 46. in verb. der aber zaame Tauben scheußt
 oder abfänget/sol mit 10. thal. Strafe beläget werden. Es-
 ras autem aves quod attinet, distinguendum est, inter maio-
 res & minores aves: Majores Germanice vocantur, das Fe-
 derwildpret/ als (1) wilde Gänse (2) wilde Entē (3) Trap-
 pen (4) Kreyger zc. und dergleichen unzweifflich/wie ander
 Wilprät gemeinem Gebrauch nach in forst gehörig. vid.
 Herzog Heinrich des Jüngern offnes edict. der Jagt und
 Wendewercks halben sub dato den 4. Aug. 1559. in verb.
 Daneben auch die Untvogel/ Enten/ Kreyger/ und ander
 Federwilprät auff unsern Teichē zc. Sereniss. Herzog Au-
 gusti zu Braunschweig zc. Edict. wieder die Wilddiebe sub
 dato den 6. Junii Anno 1645. in verb. Darzu das wilde
 Geflügel als Rābhüner und andere grobe Vögel/hauffen
 weise wegfangen sollen zc. Sereniss. Herzogen Augusti er-
 wiedertes Edict. von 14. August. anno 1645. in verb. Uur-
 und Berghüner/ Schneppe: Hasel- und Rebhüner- Eyer
 wegnehmen/ auch wol gar die jungen Kūchlein heimtra-
 gen und zernichten zc. Die Fürstl. Br. Landes-Ordnung
 §. 46. Der aber so junge Berg- hasel- und Rebhüner auf-
 fänget Spaulo post sol mit 10. thal. straffe beleget werden.
 Dn. Struv. Synt. Jur. Civil. Ex. 41. §. 12. Hodie nulli licet
 capere majores aves, nisi qui Jus venandi habet, videtur
 enim pertinere ad regalia minora. Avium vero mino-
 rum occupatio omnibus videtur esse concessa. Quænam
 vero aves inter minores referantur, quænam inter majores,
 nihil certi determinari potest, sed ex legibus ac consuetudi-
 nibus singulorum locorum dijudicandum est.

XXIX.

§. 17.

Occupatio in bello aut est personarum aut rerum.
 Personarum vocatur Captivitas, deque illa agitur in hoc

E 2

§. Bel-



Requisita
belli iusti

§. Bellum omne vel est iustum, vel iniustum. Bellum iustum hoc loco illud intelligitur, quod populus Romanus peregrinæ alicui genti, vel vice versa peregrina gens populo Romano rite indixit & ex iusta causa initum est. *l. 24. ff. de capt. & postl. revers. l. 118. de V.S.* Alias ad bellum iustum duo requiruntur, (1) ut iusta belli gerendi causa adsit (2) ut geratur ab illis, qui jus belli ac pacis habent, h. e. à Majestate. Fundamentum hujus rei in eo consistit: Bellum debet esse modus litium finiendarum. Lites autem possunt finiri aut in iudicio, aut non: Si prius, bellum eo nomine non est inchoandum, sed lites sunt in iudicio sopiendæ. Si vero posterius accidat, h. e. si lites in iudicio non possunt finiri, tum bello dirimendæ. Jam tales lites sunt, quas summæ Majestates, quæ nullum recognoscunt superiorem nisi Deum, inter sese gerunt, nisi forte compromittant in certum aliquem tertium iudicem. Late autem de his omnibus egit *Hugo Grotius* in aureo libro *de Jure B. & P.* Secundum hodiernos mores distinguendum est inter *personas & res*. Si personæ capiuntur, tum illæ, aut sunt Duces bellici, aut milites gregarii. Si Duces bellici à gregariis militibus capiuntur, occupantes denunciare hoc debent suis Chiliarchis & captivos restituere, eo tamen nomine præmium eis per solvendum est *Reuterbestallung zu Spener de a. 1670 art. 94. wan sich auch begeben &c. In verb. gegē statlicher und billicher verehrung gestellet werde. Fußknecht bestallung de Anno 1570 art. 62. in verb. doch soll dem jenigen / so sie gefangen / billige ergötzung und verehrung dargegen beschehen.* Milites vero gregarii capti pertinent ad capientes, modo Dux bellicus de his captivis certior fuit factus *art. 95. dict. Reuterbestallung in verb. Wo aber auffer dergleichen &c. usque ad verb.*

ad verb. Doch sollen alle und jede gefangene dem Feld-
obristen angezeigt / ohne sein vorwissen nicht le-
dig gelassen werden. *jung. exercit. instit. 2. thes. 3. Res*
in bello captæ sunt duplices aut mobiles, aut immobiles.
Mobiles regulariter Jure Civili pertinent ad occupantes.
l. 5. fin. l. 7. pr. l. 7. ff. eod. Fußnecht bestallung de
Anno 1570. art. 62. item was ein jeder in Schlachten/
Stürmen oder sonst den Feinden angewinnet/
soll einem jeden nach Kriegsrecht und Ordnung
bleiben § art. 64. und wo Vieh &c. vid. Reuter-
bestallung de anno 1570. art. 96. in fin. Immobiles vero
res, quales sunt arces, civitates, munimenta cum omni-
bus instrumentis bellicis & re frumentaria ad eum spe-
ctant, cujus auspicio bellum geritur. Reuterbestal-
lung de Anno 1570. art. 96. Fußnecht bestallung
de Anno 1570. art. 62.

XXX.

§. 18.

Inventio est rerum, mobilium, quæ naturâ nullius
sunt, occupatio jure naturali ac civili omnibus permessa:
veluti lapillorum, gemmarum, margaritarum, & simili-
um, quæ in littore maris inveniuntur *l. 3. l. 17. ff. de aur. § Inventio*
arg. legato. Non autem hic sufficit videre & notare ocu- *quid?*
lis, sed manu occupare necesse est. *l. 1. §. 1. ff. de acquir. vel*
amitt. poss. nec obstat l. 1. §. pen. l. 18. §. 2. ff. Eod. Ho-
die quoque lapides pretiosi ad regalia minora referuntur.
Vid. Struvii Synt. jur. feud. cap. 6. apb. 7. n. 1. Stypman.
de jure marit. part. 2. c. 4. n. 111. § seqq. Quia hodie Prin-
cipes ex plenitudine potestatis ad augendum fiscum, quod
omnibus hæc utilitas non sufficiat, sibi hos proventus licite
adscripterunt. Eleganter hæc confirmat *Grotius lib. 2. de*

E 3

J. B.

J. B. & P. c. 8. n. 5. in verb. Falluntur, qui hæc ita putant naturalia, ut mutari nequeant: sunt enim naturalia non simpliciter, sed quod certo rerum statu, id est, si aliter cautum non sit; Germaniæ autem populi, cum principibus & Regibus bona quædam essent assignanda, unde dignitatem suam sustinerent, sapienter existimarunt, ab illis rebus incipiendum, quæ sine damno cujusquam tribui possint, cujusmodi sunt res omnes, quæ in dominium nullius pervenerunt. Ita quoque succinum **Der Bernstein** in littoribus Prussiæ inventum, spectat ad Electorem Brandenburgicum. **Preussisch Landrecht l. 3. tit. 1. art. 3. §. 3. in verb.** Darumb kan noch mag an dem Gestachten des Meers Fische zu fahen / oder etwas anders zu suchen niemand verbotten noch verwehret werden / aufferhalb des Bernsteins / welche an den Gestachten des Meers auffzulesen jederman bey höchster straff in unsern Herzogthumb Preussen verbotten ist. *Stypmann. d. c. 4. n. 253.* ubi dicit corollaria & uniones Regem Persiæ in Choâ habere. Hic tamen excipiuntur bona naufragorum, quæ neque ad inventorem, neque ad dominum territorii pertinent, sed ipsis naufragis reddenda sunt, quia afflictis nova afflictio non est addenda *Auth. navigia C. de furtis arg. l. 21. §. 1. de Acq. vel amitt. poss.* Et licet in uno vel altero Germaniæ loco contraria quædam consuetudo obtinuerit, illa tamen tanquam irrationabilis abrogata est in ordinatione Crimin. Carol art. 218.

XXXI.

S. 19.

Ad Modos acquirendi originarios referenda etiam est foetus productio, qui ad dominum animalis unde nascitur, pertinet. Nam est fructus animalis *l. 2. l. 6. de acquir.*

acquir. rer. dom. Eodem modo partus ancillæ, ejus domino acquiritur §. *pen. de jur. pers.* licet non sit in fructu. Absurdum enim videbatur, hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparaverit. §. 37. l. 28. §. 1. ff. *de usur. l. 68. ff. de usufr.* accedit, quod ancillæ non ad hoc comparentur, ut pariant, sed ut serviant. l. 27. ff. *de heredit. petit.* Verum hæc adhuc superest dubitatio, si ad alium taurus, ad alium vacca spectet, ad quem vitulus pertinere debeat. Ed dominio vaccæ acquiritur vitulus. Nam res nostra est instar soli, quod concepit, nobisque parit: nec vis maris inspicitur, quæ est similis sato *arg. l. 5. §. 2. ff. de R. V. l. C. eod.* Accedit, quod vacca ad foetus productionem plus conferat, eum in utero gestando pariendo, & lac præbendo.

XXXII.

Vidimus hætenus modos acquirendi originarios, pergendum nunc est ad modus derivativos: quando scilicet aliquid acquiritur, quod jam in alterius potestate & dominio existit, & ab illo in nos transfertur. Hi autem modi acquirendi derivativi sunt triplices: Aut enim (1) rem acquirimus *sola natura operante*, aut (2) *sola industria humana*, adhibita, aut (3) partim *industria humana*, partim *natura operante*. De modis acquirendi, qui fiunt *sola natura operante*, primum agendum est. Et sunt sequentes. *Alluvio, coalitio insulæ productio, Alvei destitutio.* Describitur alluvio, quod sit incrementum aliquod latens rei immobili sive fundis nostris mediante flumine accedens. l. 7. §. 1. l. 56. pr. ff. *hic l. l. C. de alluv.* Quando enim flumen sive rivus publicus *gemeiner Bach* aliquam particulam alieno fundo demtam nostro adjicit, illa particula aut magna est, ut intelligi

§. 20.

Modi acquirendi derivativi quotuplices

Primum de Alluvione



ligi possit, quantum quoque temporis momento sit adjectum, aut est parva & incrementum latens, quod ita paulatim adjicitur, ut non possit intelligi, & illud dicitur *alluvio*. Hæc autem particula paulatim fundis sive agris adjecta jure Gentium spectat ad dominium fundi sive agri, & si fructuario fundo per alluvionem aliquid adjicitur, ratione ususfructus pertinet ad usufructuarium, *l. 9. §. 4. ff. de usufruct.* Idem quoque in feudis obtinet, nam commodum alluvionis ad vasallum spectat, *1. F. 4. §. 5. §. 6. Carpz. in 1. F. p. 3. C. 13. D. 17. §. p. 3. C. 31. D. 12.* Locum habet hæc alluvio tantum in *fluminibus publicis*, non vero in lacu aut stagno *l. 12. ff. h. t. l. 24. §. fin. ff. de aq. plu. v. ar. cend.* Neque etiam agri limitati jus alluvionis habent, cum in illis etiam particulae latenter adjectæ dignosci possint. *l. 16. ff. de acquir. rer. dom l. 1. §. 6. ff. de flumin.* Hodie nonnullorum locorum consuetudines à jure civili recedunt, ita ut in iis illud, quod flumen alluit, ad fiscum referatur, quod probant *Rutg. Ruland. de Commiss. 2. p. 4. c. 15. n. 1. Perez in cod. tit. de alluv. n. ult. Cyprian. Regnerus cynos. Belg. in §. 20. Inst. hic.*

XXXIII.

§. 27. Alter modus acquirendi derivativus vocatur *Coaliti-
tio*. Describitur quod sit *pars quædam terræ vi fluminis prædio nostro detracta & vicino adjecta.* Hæc pars tamdiu manet domino, cui est ablata, quamdiu non coaluerit & arbores, quas forsan secum traxerit, non egerint radices. Violenta enim ablatio fluminis non mutat dominium *Grot. l. 2. de J. B. §. P. c. 8. n. 11.* Quod si longiori tempore fundo vicini hæserit, dominus videtur tacite consensisse, & tacito consensu proprietatem istius

Calitio
quomodo
describitur?

istius particulæ nobis tradidisse. l. 7. §. 2. b. l. 9. §. 2. in f. ff. de
damn. infect. l. 26. §. 2. ff. b. t.

XXXIV.

Insula aut nascitur in mari aut in flumine, prius solet §. 221
rarius accidere propter nimiam maris altitudinem & per-
petuam fluctuum reciprocationem. Quod si tamen na-
scatur, distinguendum est, aut in medio mari na-
scitur aut prope littus: Si in medio mari, sit occupantis:
quia, quod ante nullius est, id naturali ratione occupan-
ti conceditur §. 12. supra b. l. 7. §. 3. ff. b. l. Sin vero non lon-
ge à littore, nascitur & sic modicè à continenti distat
pertinet ad populum, qui mari adjacet, sive ad Majestatem
istius populi, tanquam aliquod regale. *Cepoll. de servit. c.*
33. num. 5. Gryphiander. de insul. c. 11. num. 78. Quod ve-
rò insulas in flumine natas attinet, quod frequentius
accidere solet, quia flumina plerumque limosa & multis
etiam locis vadosa existunt, illæ sunt quasi triplices: *per. l.*
30. §. 2. ff. de acq. rer. dom. Vid. Eckolt. ad l. 41. ff. tit. 1. §. 23.
Aut enim (1) flumen aliquod non erat divisum, post tamen
incipit dividi, & agrum nostrum circumfluere, quo casu
insula sive ager, quem flumen circumfluere coepit, per-
manet ipsius, cujus ante erat: *per fin. verb. §. nostri. l. 7. §.*
4. l. 30. §. 3. ff. de acquir. rer. dom. Aut (2) flumen, siccum
relinquit locum quendam, eumque incipit circumfluere,
& hæc est secunda species. Aut (3) locum eminentem supra
alveum facit, terram colluendo sive congerendo & est tertia
insulæ species. Secunda & tertia insulari species solum huc
pertinet, quia ex alveo fluminis producuntur eiq; cohærent.
Hæ autem insulæ aut nascuntur in medio flumine, aut
in una fluminis parte sive citeriori sive ulteriori. Priori
casu pertinent ad dominos, qui habent vicina prædia ad
utramque fluminis partem. Videtur enim terra, ex qua

F

insulæ

inlufæ factæ, eorum fundis & agris esse detrecta. Ad quos-
cunque igitur ſpectat onus & incommodum fluminis, ad
eos etiam ſpectare debet commodum. Atqui ad domi-
nos vicinorum prædiorum hoc onus ſpectat. E. Poſterio-
ri vero caſu, quando in una fluminis parte naſcuntur, per-
tinent ſolum ad dominos, qui prope ripam ſ. eam flumi-
nis partem vicina prædia poſſident pro modo tamen latitu-
dinis cujuſcunque fundi: l. 7. §. 3. l. 29. l. 30. l. 56. ff. de Ac-
quir. rer. dom. Hiſce autem videtur obſtare l. 65. §. 2. ff. de
acq. rer. dom. ubi dicitur, quod inſulæ ſint publicæ, & ſic
ad privatos pertinere nequeant. Verum reſpondendum
eſt diſtinguendo inter agros flumini vicinos, aut illi ſunt
publici, aut privati: ſi publici, inſula ſit publica, & hâc
ratione intelligendus eſt textus d. l. 65. §. 2. ff. de A. R. D. l.
pen. §. fin. ff. h. Si privati, tum ad privatos ſpectat inſu-
la, & de hoc caſu loquitur §. noſter: idem obtinet in a-
gris limitatis. Nam inſula prope illos nata, non privatis ſed
publico cedunt. arg. l. 1. §. 6. ff. de flum. Hodie plerisque
in locis Romani imperii juſ civile adhuc quoad inſulas in
flumine publico natas vigere tradit Oettinger. tract. de jur.
& controverſ. limit l. 3. c. 3. n. 7. § 14. l. 1. c. 12. n. 14. Ali-
cubi vero inſulas privatis non acquiri, ſed ad Principes
ac ſuperiores tanquam regale aliquod pertinere. Idem mo-
net n. 10, 11. Gryphiander tract. de inſul. c. 11, 12, 13. Noë
Meurer. de jur. aquat. p. 1. n. 9. Idem aſſerit de inſula in flu-
mine navigabili nata, Regner. Sixtin. de regal. libr. 2. cap 3.
n. 29. Cum accessorium ſequatur naturam ſui principalis,
reſque eadem diverſo jure cenſeri non debeat, & quod juſ
in re principali eſt, idem ſit in ejus augmento, ac ex
jure feudali ut flumina ſunt de regalibus, ſic & omnis
utilitatis ex iis profluens ad dominium fluminis pertineat,
idque

idque etiam in pronunciando Camera imperialis teste eodem Regner. Sixtino, secuta fuit. *jung. Hug. Grot. de jur. bell. & pac. libr. 2. cap. 8. thes. 9. in verb. Semper constitit insulas, quae verè insulae essent, esse in patrimonio publico.*

XXXV.

Alvei destitutio est, quando flumen naturalem alveum relinquit, & aliam partem incipit fluere. Ille autem spectat ad hos, qui prope ripam praedia possident, pro modo latitudinis cujusque agri. Novus autem alveus ejus juris incipit esse, cujus & flumen, h. e. publicus l. 5. 7. §. 5. ff. h. l. 1. §. 7. ff. de flum. Quod si tamen post aliquod tempus ad priorem alveum flumen revertatur, rursus alveus ille novus eorum esse incipit, qui prope ripam praedia possident l. 7. §. 5. ff. b. t. §. 23. in f. b. Tum quod alveus videatur esse detractus vicinis agris, tum quod vicini onus fluminis teneantur suscipere Vid. *Dn. Struv. Ex. 41. tit. 1. §. 34.* Hodie alveum relictum fisco cedere docet. *Gryphi. and. de insul. c. 11. n. 45. Eckolt. ad ff. p. 955.* Idemque sentire videtur. *Hug. Grot. de jur. bell. & pac. c. 8. thes. 9. in verb. nec minus derelictos alveos totos Rbeni ac Mosae, in patrimonio publico esse saepius judicatum est.* Quia cujus juris est flumen, ejusdem & alveus, hodie autem flumina solent esse juris publici, & ad regalia pertinere, nec in privatum amplius transire dominium, ergo etiam alvei derelicti.

XXXVI.

Inundatio est, quando flumen nive aut pluviis ita augetur, ut in vicinos agros evagetur & erumpat. Per hanc autem eruptionem proprietas agrorum non amittitur quia non mutatur substantia & species agrorum; & ob id cum recessit aqua, palam est, ejusdem esse & manere agros, cujus & ante fuerunt. l. 7. §. 6. ff. h. t. l. 1. §. 5. 9. §. 10. ff. de flum.

flum. Tum autem substantia & species agrorum dicitur mutari, quando prædia sive fundi irruptione fluminis ita dissolvuntur & excavantur, ut non amplius apti sint ad excolendum. Hoc tamen non solet fieri per solam inundationem, quia tum agri duntaxat aquâ operiuntur. Quod si illa iterum recedat, fundus manet ejus, cujus ante inundationem erat. Aliter res sese habet, si flumen alveum mutet, nam eo ipso simul species agrorum mutatur cum hoc casu agri adeo excavari atque dissolvi soleant, ut non amplius excoli possint. *Hug. Grot. de jur. bell. & pac. libr. 2. cap. 8. thes. 10.*

XXXVII.

§. 25.

Haftenus de modis derivativis, quibus solâ naturâ operante aliquid acquiritur. Nunc ad illos derivativos acquirendi modos transgrediendum est, quibus industriâ nostrâ aliquid acquirimus & sunt (1) *Specificatio* (2) *intextura* (3) *accessio* (4) *Confusio* (5) *Commixtio* (6) *Plantatio* (7) *Satio* (8) *Scriptura* (9) *Pictura*. De his omnibus agitur a §. 25. usq; ad §. 35. hujus tituli. In hoc autem §. 25. Imperator initium facit a specificatione. Est igitur *specificatio*, quando quis ex rudi materia corpus aliquod sive certam speciem suo nomine conficit. *l. 7. §. 7. ff. b.* Hoc autem non extendendum est ad frumentum, quando scilicet ex spicis excutitur. Non enim accuratè loquendo nova tunc conficitur species, sed excutiens spicas detegit speciem, quæ jam tum erat, & in spicis solùm latebat. *l. 7. ff. de acq. rer. dom. Vinn. in §. 25.* Aut ergo aliquis ex propria materia speciẽ conficit, aut ex aliena aut partim ex propria, partim ex aliena materia. Primo casu sine dubio species confecta pertinet ad specificantem, quia is (1) mate-

Specificatio quid?

materiam & (2) operam ac industriam contulit ad hanc speciem conficiendam. Quando vero ex aliena materia species conficitur, tum Jcti olim inter se diversae fuerunt opinionis. Sabiniani, enim rationi naturali convenientius esse putabant, ut, qui materiae dominus fuisset, idem quoque dominus esset speciei ex ea confectae, cum sine materia nulla species effici posset. Hi contra, eum dominum esse, dicebant, qui speciem confecisset, nam quod factum est, erat ante nullius & sic ad specificantem pertinere deberet, qui illam speciem novam quasi occuparet. Justinianus vero Imperator mediam viam eligens ita distinguendo hanc controversiam diremit. Aut corpus sive species confecta reduci potest ad pristinam materiam. V. G. Vasum argenteum potest reduci ad pristinam argenti materiam l. 78. §. 4. ff. de legat. 3. Aut non potest reduci: V. G. Si ex uvis meis vinum fuerit confectum, illud vinum ad pristinam materiam h. e. uvas reduci nequit. Vid. hac de re Ludov. Nonn. de re cib. l. 4. c. 12. l. 9. §. 3. ff. ad exhib. l. 26. 27. §. 1. ff. b. t. Priori casu corpus & species confecta pertinet ad dominum materiae: quia tum materia non interit, sed luculenter in specie confecta manet l. 24. ff. b. t. l. 78. §. 4. de legat. 3. posteriori vero casu ad ipsum specificantem, quia mutata forma interemit substantiam materiae. l. 9. §. 3. ff. ad Exhib. Et prior materiae dominus nihil hic vere suum amplius dicere potest. l. 27. §. 1. ff. de Acquir. rer. dom. jung. l. 7. §. 7. ff. eod. Quod si vero partim ex sua, partim ex aliena materia species conficitur, omnino pertinet ad specificantem. Ratio subest haec, quia specificans non solum suam industriam verum etiam partem ma-

tertiæ contulit l. 5. §. 1. ff. de rei vind. jung. l. 12. §. 1. ff. hoc t. Domino autem materiæ, ne re sua careat, actio datur Juræ Civili adversus specificantem ad pretium materiæ recuperandum, quæ *Actio in factum* appellatur l. 23. §. 5. ff. de R. V.

XXXIIX.

§. 26.

Adjunctio
quid?

Secundus acquirendi modus, quo res industria nostra comparatur, vocatur *Intextura*, alias in genere hic agi solet de *Adjunctio*, quæ est, quando rei nostræ principali, ejus vel augendæ, vel reficiendæ, vel ornandæ gratia sive bona sive mala fide res aliena jungitur, & accedit ita, ut nova species non conficiatur. l. 26. §. 1. h. t. l. 19. §. 13. ff. de aur. & arg. leg. Enimvero fieri potest, ut nostris vestibus aliena pupura intexatur, quo casu pupura pertinet ad eum, cujus est vestis l. 23. §. 2. ff. de R. V. l. 26. §. 1. ff. h. t. Licet accessio & pupura intexta pretiosior sit ipso vestimento, vestis enim est res principalis, pupura accessorium, accessorium vero cedit principali. cap. accessorium 42. de reg. Jur. in 6to l. si in emtione 34. init. ff. de contrah. emt. Inde etiam fit, quod gemmæ auro argentoq; inclusæ auro & argento cedant l. 19. §. 13. ff. de aur. arg. leg. l. 26. §. 1. ff. de acq. rer. dom. Distinguendum tamen ulterius est quoad intexentem, aut b. f. & ex ignorantia, aut m. f. id est sciens ac volens vestibus suis alienam purpuram intexit. Posteriori casu adversus intexentem, quia is furtum committit, domino purpuræ eadem, quæ adversus furem actiones dantur, nimirum (1) Actio furti (2) condictio furtiva (3) Actio ad exhibendum & (4) rei vindicatio l. 6. l. 7. §. 2. ff. ad exhib. l. 23. §. 5. ff. de rei vind.

Distinctio
de intexen
te.

Male fide
intexens.

XXXIX.

XXXIX.

Priori casu dominus pretium purpuræ recuperare potest actione intactum *arg. l. 23. §. 5. ff. de R. V.* Aut vero quis suam purpuram vel materiam alienis vestibus intexit, & hoc iterum vel b: vel m: f: Si mala, & intexens vestem vero domino non vult restituere, actiones quæ adversus fures dantur, etiam adversus ejusmodi intexentem locum inveniunt. Sin bona fide, uti fit, vel quando intexens putat vestem suam esse propriam, vel quando ex mandato & consensu domini suam purpuram vesti intexit, dum iste tamdiu vestem retinere potest, donec pretium purpuræ fuerit restitutum. Idem hodie solet fieri ab artificibus, qui res ac vestes nostras tamdiu retinere consueverunt, donec pretium & mercedes promissæ solvantur, *Schneidw. ad h. §. n. 5. Struv. Synt. J. Civil. Ex. 41. n. 40.*

Bona fide
intexens

XL.

Omnia corpora, quæ inter se commisceri possunt duplicia existunt, vel sunt liquida & liquefacta, uti aurum, argentum, vinum, cervisia, vel arida ac sicca, veluti hordeum, triticum & similia. Priorum Conjunctio *Confusio*, posteriorum vero *commixtio* appellatur. Primum de *Confusione* & est quando ex materia duorum duorum minorum liquida vel liquefacta una massa sive corpus a-
liquod conficitur. Hoc autem vel fit consensu utriusque domini, & tum res confusæ fiunt communes. Vel alterius dissensu & calu etiam fortuito, & tum aut illæ res reduci possunt ad pristinam materiam & separari, aut non. Si prius, sunt separandæ, & cuilibet domino res sua restituenda *l. 5. §. 1. ff. de R. V.* Sin posterius, h. e. si non possunt reduci ad pristinam materiam iterum fiunt communes

§. 27.

Confusio
quid?

nes



nes five sint res ejusdem generis five diversi per §. n. jung. l. 7. §. 8. §. 9. ff. de acq. rer. dom. Dn. Struv. Ex 41. n. 42. Synt. Jur. Civil.

§. 28.
Commixtio quid?

XLI.

Commixtio vero est conjunctio corporum aridorum five siccorum, ita ut discreta maneant, & singula suam speciem retineant. Fieri hoc solet si frumenta duorum dominorum commisceantur, & hoc iterum fit vel consensu istorum, & res fiunt communes, aut alterius dissensu, vel etiam casu fortuito, & quilibet dominus retinet frumenti sui dominium, nec illud fit commune. Singula enim corpora in sua durant substantia, nec commixtione mutantur, non magis quam si duorum dominorum greges & pecora commista fuerint. Quilibet igitur dominus suum frumentum petere potest, modo (1) designet & probet mensuram frumenti, & (2) qualitatem; Quo facto Judicis arbitrio committendum est, ut is ei, qui melius frumentum & majorem quantitatem habuit plus, qui deterius, minus adjudicet, cum grana adeo accurate separari non possint, atque adeo nullâ aliâ ratione restitutio fieri queat. Et hoc indigitat Imperator hisce verbis: *In rem quidem actio pro modo frumenti* §c. l. 1. pr. l. 4. in fin. ff. de R. V. l. 30. ff. de usuc. nec obstat. lex 30. ff. de solut.

XLII.

§. 29.
Regula de inædificatione.

Quod porro inædificationem attinet, de ea hæc regula est tenenda: Omne quod solo inædificatur, solo cedit. per n. §. jung. l. 7. §. 10. ff. b. t. l. 39. ff. de R. V. Aut igitur aliquis ex aliena materia in suo solo ædificavit, & ipse intelligitur dominus ædificii, quia solum est res principalis, ædificium solo coharens, accessorium; Jam accessorium

forium semper cedit principali; neque hic distinguendum est, utrum b. an m. f. ædificaverit, nam omni casu solo cedit. In ædificio autem exstruendo hæc tria potissimum sunt considerata (1) solum (2) Materia (3) Labor atque mercedes fabrorum aliorumque artificum. Quicumque igitur hæc tria contulit, ad eum procul omni dubio spectare debet ædificium; Interdum vero accidit, ut alter solum, alter materiam conferat, & tum ad dominum solum ædificium spectat *per d. text.* Quia vero injustum esset, ut dominus materiæ sine suo facto materiæ dominium amitteret, hinc non desinit quidem dominus esse, stante tamen ædificio neq; materiam vindicare, neq; eo nomine ad exhibendum agere potest, cum lege XII. tabularum cautum est, ne quis tignum alienum ædibus suis junctum eximere cogatur. Hæc enim ratione, licet vindicans materiam, sæpius inde parum commodi haberet, ædificia rescindi necesse esset, & sic stante adhuc ædificio publicis urbis aspectus ruinâ ædium deformaretur. §. 29. b. l. 59. ff. de R. V. l. 7. §. 2. ff. de exer. rei. jud. L. L. ff. de tign. junct. l. 2. C. de ædif. privat. Domino tamen materiæ datur actio de tigno juncto etiam adversus bona fide ædificantem ad pretium tigni sive materiæ in duplo præstantum, quia dominus materiæ videtur re sua invitus carere. Adversus malæ fidei possessorem vero præsto est (1) actio de tigno juncto (1) Actio furti (3) actio ad exhibendum, & rei vindicatio l. 1. §. fin. & l. fin. ff. de tign. junct. non ut tignum solvatur, sed quatenus qui junxit, habetur pro eo, qui dolo possidere desiit ad æstimationē l. 36. ff. de R. V. Appellatione autem tigni omnis materia significatur, ex qua ædificia fiunt. Quod si vero ædificium jam sit dirutum, materiæ dominus actione ad exhibendum & rei vindicatione materiam repetere potest, modo pretium

In ædificio
exstruendo
quot sunt
consideran-
da ?

Actiones
adversus m.
f. possesso-
rem.

G

mate-



materiae actione de tigno juncto nondum recuperaverit.
Tum enim bona fides non patitur, ut idem bis exigatur
l. 57. ff. de reg. jur.

XLIII.

§. 30.

Ex diverso, si quis in alieno solo ex sua materia ædificaverit, illius fit ædificium, cujus est solum. *l. 7. §. 12. l. 28. ff. h. l. 16. §. de R. V.* Ubi tamen ulterius distinguendum est, aut quis ex sua materia in solo alieno ædificat bona aut mala fide, h. e. vel ignoravit fundum fuisse alienum, vel scivit. Priori casu ædificans retinet dominium suæ materiae. Inde diruto ædificio materiam vindicare potest: Stante vero eo, aut est in possessione, aut non: Si prius ædificium tam diu retinere potest, donec pretium materiae & mercedes fabrorum fuerint restitutæ, & interea dominus soli repellitur per Exceptionem doli mali. Sin posterius stricto quidem jure nullam actionem habet bona fide ædificans, qua pretium materiae & mercedes recuperet, *l. 33. l. 51. ff. de condit. indeb. l. 48. l. 59. ff. de R. V. l. 21. ad Sctum Trebell.* Diruto vero ædificio, quia materia ad dominum redit, sine dubio eam vindicare potest *l. 2. C. de R. V.* Hodiernis vero moribus & ex æquitate ei datur quædam actio, licet non amplius sit in possessione ædificii, qua potest recuperare tum pretium materiae, tum mercedes fabrorum. *arg. l. 14. ff. de cond. indeb.* Cum nemo debeat fieri locupletior cum alterius injuriâ. Quod certe fieret, si dominus soli ædificium ex aliena materia exstructum absque pretii refusione retineret. Qui vero sciens sive mala fide ex sua materia ædificavit in solo alieno, ille videtur habuisse voluntatem istius rei alienandæ, eique potest objici culpa, quod temere ædificaverit in eo solo, quod intelligeret alienum esse. *l. 7. §. 12. ff. h. t.* Hinc in poenam malæ fidei, amittit

mittit materiae dominium, nec jus retentionis, aut actionem pro recuperando materiae pretio habet *l. 7. §. 12. ff. h.* Ex æquitate tamen etiam malæ fidei possessor, ædificio adhuc extante, illud potest tollere, modo illa separatio & abrasio fiat salva re principali & sine læsione prioris status *l. 5. C. de R. V.* Electio tamen domino ædificii datur, utrum pretium rei abradendæ offerre, an vero ipsam abrasionem permittere velit. *l. 38. ff. h. t.*

XLIV.

De plantatione eadem est regula: quod scilicet planta sit ejus, cujus solum, in quo posita, modo cum terra coaluerit & radices egerit. Ante enim quam radices egerit, illius permanet, cujus fuit. *l. 7. §. 13. ff. h. l. 26. §. 2. eod. l. 5. §. 3. ff. de R. V.* Pariter se res habet cum vicini arbore, quæ si nostram terram premat, ut in illa radices agat, redditur nostra. Quia ex eo tempore non solum ut superficies solo adhærescit & cum solo unum corpus constituit *l. 40. ff. de act. emb.* Sed etiam ex solo alimenta & vitam quasi accipit. *l. 26. §. 2. ff. de acq. rer. dom.* Quod si vero radices arboris partim in nostro, partim in vicini fundo extent, fit communis pro regione cujusque prædii *l. 8. ff. h.* Demum quod fructus arborum in fundum vicini pendentium attinet, jure Saxonico si in vicini fundum decidunt, indistinctè ad eum pertinent, nec ulla domino arborum pro iis recuperandis competit actio. Landrecht. *libr. 2. art. 52. Weichbild/ art. 126.* Jure vero civili tum demum vicino cedunt, quando dominus arborum intra triduum eos non collegerit & abstulerit; Nam ex eo tempore putrescunt & pro derelictis habentur *l. unic. ff. de gland. leg. l. 9. §. 1. ff. ad Exhib.* Intra triduum vero domino quærendæ rei suæ causa in alienum fundum invito etiam domino ingredi licet.

SI 31.

Planto ad quem spectat?

Fructus arborum in fundum pendentibus ad quem spectant J. Saxon? Jure Civili ad quem?



Hodie. cet. *Carpz. p. 3. const. 32. def. 25. n. 5.* Sed & hodie propter ramos in alterius hortum vel fundum pendentes fructus inter vicinos sæpe solent dividi, vel qui ex impendentibus veniunt, vicino concedi. *Dn. Habnius ad Wesenbec. tit. 28. lib. 43. Berl. p. 5. concl. 52. n. 22. & seqq.*

XLV.

§. 32. Eodem ferme modo se res habet, quando aliquis in suam terram alienam, vel in alienum fundum suum frumentum immisit, utroque casu id solo cedit. Fructus enim jure soli non jure seminis percipiuntur, inque fructibus percipiendis corporis magis id est ipsius soli vis, ex quo percipiuntur, quam seminis ex quo oriuntur, aspicitur *l. qui scit. 25. in pr. & §. 1. ff. de usur.* Unde vulgares illi versiculi:

*Quicquid plantatur, seritur, sive ædificatur,
Omne solo cedit, radices si tamen egit.*

Ita tamen, ut mala fide alienum fundum conferens frumentum amittat: Sibi enim imputet, quod temere alienum fundum conserverit. *l. fin. autem 27. §. in rem §. l. sumtus 48. ff. de R. V.* Qui vero bona fide hoc facit, si est in possessione, jus retentionis habet, & tamdiu in possessione exceptione doli mali servatur, donec pretium frumenti fuerit restitutum. Si non possidet, actionem in factum ex æquitate habet, qua pretium recuperare potest *l. 23. §. 5. add. l. 5. §. 3. ff. de R. V. l. 11. C. de R. V.*

XLVI.

§. 33. In scriptura & membrana (2) scriptura ipsa. Scriptura vero J. Civili semper cedit domino chartæ: quia charta est principale & instar soli ac fundamentum, quo literæ sustentur, scriptura accessorium; Licet scriptura longe sit pretiosior ipsa charta,

charta, uti fit, si vel carmen elegans, vel oratio, vel historia vel obligatio aliquot mille thalerorum in chartam beneficio scripturæ redacta fuerit, & hoc casu res vix carere videtur aliqua absurditate, ita tamen in jure est constitutum, à quo nobis non prius recedendum est, quam si in uno vel altero loco aliud quippiam moribus sit introductum. Bona tamen fide in alienam chartam vel membranam scribens, si chartæ & membranæ possessionem habet, poterit se defendere per exceptionem doli mali, donec dominus chartæ impensas scripturæ solvere paratus sit. *l. 9. §. 1. ff. b. l. 23. §. 3. ff. de R. V.*

XLVII.

Ad picturam quoque requiruntur duo (1) Tabula (2) Ars & opera pingendi. Et Romani olim æstimatores hujus artis iusti constituerunt ipsam pingendi operam esse rem principalem, tabulam vero accessoriam, adeoque tabula cedit picturæ ob singulare artificium sive artis privilegium. *l. 9. §. 2. ff. b. l. 23. §. 3. ff. de R. V. l. 9. §. 2. ff. b.* Hæc tamen distinctio est adhibenda: Aut dominus tabulæ possidet picturam, aut pictor: Si dominus, potest tam diu retinere picturam, donec pretium tabulæ illi persolvatur. Sin pictor, tum aut pinxit m. aut b. f. in aliena tabula: Si prius habetur instar furis, & per consequens adversus eum dantur domino tabulæ omnes actiones, adversus furem competentes. Sin posterius, dominus tabulæ habet actionem in factum ad pretium tabulæ recuperandum. *arg. l. 23. §. 5. ff. de R. V.* Verum hæc de modis acquirendi derivativis, naturalibus & industrialibus dixisse sufficiat.

XLIX.

Restat, ut consideremus istum modum acquirendi derivativum, quando partim natura operante, partim indu-

§. 34.
Requisita
picturæ.

Distinctio
de pictura.

§. 35.

terra nostra aliquid acquiritur, & vocatur Fructuum perceptio. Ubi (1) considerandum venit, quid & quotuplices sint fructus (2) Quos fructus percipere & suos facere possit bonæ fidei possessor & (3) Quid constitutum sit de malæ fidei possessore. Fructus igitur vel sunt civiles vel naturales. Priorés sunt, qui non ex ipso rei corpore proveniunt, sed solum occasione rei percipiuntur, cuiusmodi sunt usuræ, pensiones, mercedes l. 121. ff. de V. S. l. 62. ff. de R. V. l. 29. ff. de Hered. petit. l. 34. ff. de usur. l. 83. ff. de legat. 2. Posteriorés sunt, qui ex ipsa re producuntur & proveniunt; iique vel sunt naturales in specie ita dicti, vel industriales s. mixti. arg. n. §. l. 46. ff. de usur. Quorum illi à sola natura proveniunt, hominis opera parum vel omnino non cooperante. Quales sunt arborum fructus imò etiam eò referimus lac, lanam, foetus ovium ac cœterorum animalium §. 37. b. arg. l. pen. §. ult. ff. de pecul. Hi vero cooperante quidem natura, sed non tamen absque industria humana obveniunt, uti fit in perceptione frumenti (nam agricultura magnos requirit labores.) Utriusque porro vel sunt pendentes, vel percepti vel percipiendi: Aut enim fructus rei, unde proveniunt, adhuc coherent, & sunt pendentes l. 44. ff. de R. V. aut inde separati sunt & dicuntur percepti l. 48. ff. de A. R. D. l. 78. ff. de R. V. aut potuissent percipi, modo debita fuisset opera & diligentia adhibita & percipiendi fructus appellantur l. 33. ff. de R. V. Percepti vel adhuc extant, & extantes vocantur l. 22. C. de R. V. aut in nostrum usum fuerunt conversi, ita, ut non amplius extent, & consumti dicuntur per nostr. §. §. 2. infr. de offic. judic. Hæc de fructibus.

XLIX.

Bonæ fidei Bonæ fidei possessor dicitur, qui (1) rem possidet alie-

Fructus
quotupli-
ces
Civiles qui-
nam
et decima
Naturales
quinam?
Quotupli-
ces iterum
sunt natu-
rales

Fructus
pendentes
Percepti
Percipiendi
Percepti
iterum vel
extantes vel
consumti,

*Naturales in specie ita dicti
Civiles Industriales s. mixti
percepti
percipiendi
extantes
consumti*

alienam (2) Eo animo, quod, quia titulo domini trans-^{possessor}
lativo, uti donatione vel simili acceperit, putet illam ^{quinam}
rem esse suam, atque adeo ignoret, eam rem esse alie-
nam, nec ad se pertinere, *nost. §.* De hoc autem b. f.
possessore hæc regula est tenenda. *Quicumque est b. f. pos-
sessor omnes fructus percipiendo facit suos. consumptos irre-
vocabiliter, extantes vero revocabiliter. per. §. 2. infr.
de off. jud. l. 25. §. 2. ff. de usur. l. 48. ff. de A. R. D.*
Tum quia b. f. possessor pro putativo domino habetur a-
deoque ad ipsum, solum dicitur pertinere, ex quo fru-
ctus producuntur *l. 49 ff. de V. S.* tum quod b. f. possessor
domino æquiparetur *l. 48. ff. de A. R. D. l. 25. §. 2. ff. de
usur.* tum etiam quod fructuum perceptio bonæ fidei pos-
sessori pro cultura & cura, quam in agris excolentis im-
pendit in jure concedatur. *nost. §.* Dicitur in allata conclu-
sione, *quod b. f. possessor percipiendo demum fructus faciat
suos.* Tum autem fructus percipi dicuntur, quando sepa-
rantur à re, ex qua fuerunt producti. Perinde est, sive illa
separatio fiat à possessore sive alio, nomine tamen possesso-
ris. Porro dicitur, *consumptos irrevocabiliter* h. e. illos fru-
ctus, quos semel in suos usus convertit, non tenetur restituere,
licet verus dominus accedat & rem suam vindicet, quia
consumptio est, quæ plene & irrevocabiliter fructus bonæ
fidei possessori acquirit *per nost. §. l. 4. §. 5. §. 19. ff. de
usur. §. usucap. nisi ex ista consumptione lucrum percepit
l. 4. §. 2. ff. fin. regund.* Tum enim ex æquitate & in praxi
hodie, quatenus ex iis factus est locupletior, restituere
tenetur. *Vid. Hahnus ad Wesemb. tit. ff. de R. V. n. 7.* cum
nemo cum jactura alterius locupletari debeat *l. 14. ff. de con-
dict. indeb.* Idque sine dubio in hæreditatis petitione
obtinet, ubi pretium subit in locum rei consumptæ *l. 25.
§. 11.*

Fructus
percipi
quando
dicitur;

§. 11 ff. l. 7. §. 1. C. de hered. petit. l. 38. l. 55. ff. Eod. De-
 mum dicitur *extantes revocabiliter*. h. e. omnes fructus
 extantes & nondum consumti restituendi sunt vero domi-
 nio, quando rem suam à b. f. possessore vindicat. l. 22.
 C. de R. V. l. 48. pr. §. 1. b. l. 136. ff. de R. I. Nisi forsan istos
 fructus b. f. possessor possedit per triennium, tum enim
 dicuntur esse usucapti. l. 4. §. 19. ff. de usucap. De dubi-
 tante controvertitur, an pro bonæ fidei possessore habен-
 dus sit, & hoc videtur asserendum arg. l. fin. C. de cond. in
 deb. l. fin. §. 2. ibid. *sin autem nescius & dubitans* C. de
 furt.

L.

Male fidei
 possessor
 quinquam

Malæ fidei possessor est ille, qui scit, se non esse rei
 dominum, nihilominus tamen rem sine justa causa detinet.
 De illo hæc conclusio notari meretur: *Quicumque est malæ
 fidei possessor omnes omnino fructus sive sint extantes s.
 consumti s. percepti s. percipiendi. i. e. honeste à petitore
 percipi potuerunt, restituere tenetur.* Ita enim ipsius mala
 fides punienda est, & hic non attenduntur fructus, quos
 possessor, sed petitor percipere potuisset per fin. verb. §.
 nostr. §. 2. infr. de off. jud. l. 22. C. de R. V. l. 3. C. de cond.
 ex leg. l. si fundum 17. C. de R. V. l. 62. §. ult. ff. de R. V.
 l. 4. C. unde vi. Habnius ad Wesemb. tit. ff. de R. V. n. 7.
 Uti est prædo, fur & bonæ fidei possessor post litis contesta-
 tionem, imo ex quo tempore rem, quam possidet, ad se
 non pertinere intelligit l. 25. §. 7. ff. de hered. petit. l. 23.
 §. 1. l. 40. l. 48. §. 1. ff. de acq. rer. dom. Et si malæ fidei
 possessor sponte fructus restituere nolit, justis remediis &
 actionibus, ad restitutionem fructuum cogi potest. Nam
 fructus extantes vindicantur, consumti repetuntur Con-
 dictione l. 3. C. de condit. ex lege.

LI. Jus

LI.

Jus percipiendi fructus etiam habent usufructuarius §. 36. & colonus, ergo de utroque Imperator in §. 36. aliquid subjungit. Duo autem de utroque considerabimus (1) differentiam (2) affinitatem & convenientiam. Differentia consistit (1) in eo, quod usufructuarius fructus gratis percipiat: Colonus vero non nisi soluta annua mercede (2) usufructus non transit ad hæredes, quia est jus personale, locatio conductio vero continuatur in hæredum personis, quod sub finem §. nostr. Imperator hisce verbis denotat. *Eadem fere h. e. non omni ex parte de colono dicuntur §. ult. infr. de locat. conduct. l. 10. C. locat. cond.* Conveniunt usufructuarius & colonus in eo, quod quemadmodum usufructuarius, ita colonus percipiendo demum fructus suos faciat *nostr. §. l. 60. §. 5. ff. locat.* Tum autem fructus dicuntur percipi à fructuario: Quando (1) ipse usufructuarius eos separat à re, cui cohærebat. (2) Quando tertius nomine tamen usufructuarii eos à re separat *l. 12. §. f. ff. de usufr. l. 13. ff. quib. mod. ususfr. amit.* Quod si à tertio non fructuarii nomine V. G. Si fur decerpserit, vel desecuerit, vel etiam casu fortuito separentur. V. G. vi tempestatis, non videntur esse percepti ab usufructuario, & per consequens ad hæredes usufructuarii non pertinent, *l. 12. §. 5. ff. de usufr.* Imo si usufructuarius ante separationem moriatur, licet fructus jam sint maturi, hæredes ejus istos non consequuntur, sed acquiruntur domino proprietatis. *per §. n. l. 13. ff. quibus mod. ususfr. amit.* Secus tamen se res habet de Jure Saxonico, ubi constitutum, si fructuarius semen terræ & agris immiserit, eosque rastris subegerit, licet ante messem ille moriatur, fructus pertinent ad hæredes usufructuarii in præmium industriæ ac laboris

Differentia usufructuarii & coloni.

Convenientia usufructuarii cum colono.

Fructus quando dicuntur percepti?

H

boris

Fructus
nondum
percepti
quinam?

boris. Landrecht/l. 2. art. 5. l. 3. art. 76. & 77. verb. Was die Egge bestrichen/und die Hecke bedecket hat/das folget dem Erbe. Schneid v. ad hunc §. n. 3. Carpz. p. 3 C. 31. D. 5. p. 1. C. 5. D. 21. n. 3. seqq. Fructus igitur nondum percepti unauffgehobene Früchte / ad proprietarium pertinent, l. 44. ff. de R. V. Hujusmodi autem sunt (1) ab alio separati. (2) Pendentes, Nothstehende (3) sati & occati, & quidem Jure Civili, so geseet und beegdet. *Habnius ad Wesemb. l. 7. tit. 4. num. 3.*

LII.

§. 37.
Fructus pecudum.

Progreditur Imperator ad fructus pecudum sive rerum animatarum, qui sunt varii. Siquidem ex una eademque pecude, lac, pilus, lana, producitur, vituli, eqvuli, succuli, l. 28. ff. de usur. Hi autem fructus pleno jure spectant tum ad b. f. possessorem, tum ad fructuarium, tum ad colonum, l. 28. ff. de usuris, partus verò ancillæ non est in fructu: Absurdum enim videretur, hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominis gratia comparaverit, §. 37. b. l. 28. §. 1. ff. de usur. l. 68. ff. de usufr. Cujuscunque igitur gratia omnes fructus ab ipsa natura & Deo sunt comparati, illa res non potest esse in fructu. Atqui hominis gratia omnes fructus à natura & Deo sunt comparati E. Id quod late demonstrat, *Arist. l. 1. Polit.* Tractatur etiam hæc quæstio à Cicerone, *lib. 2. de Finib.* & supra etiam à nobis breviter jam tum tacta est.

LIII.

§. 38.
Officium fructuarii.

Subneçtit insuper Imperator nonnulla de officio fructuarii, idem ergo ejus officium esse videtur, quod est boni patris familias. Recte enim res fructuarias colere, & quasi bonus pater familias iis uti debet, per §. n. Jam bonus pater familias in locum demortuorum capitum nova ex foetu solet

let submittere E. ad idem obligatus est usufructuarius; Verum illa capita non opus est, ut aliunde petantur, si de grege fructuario non adnascuntur, *l. vetus 68. ff. de usufr. l. 10. §. 3. ff. de jur. dot.* Nec etiam usufructuarius casum fortuitum in grege fructuario præstare debet, inde sequitur, si quis certorum quorundam capitum, sive totius gregis usumfructum habeat, & iste aut illa fortuito casu, puta militum irruptione perimantur, usumfructuarium ad restitutionem damni non teneri, *Schneidvv. b. n. 12. Carpz. p. 2. C. 26. D. 9. n. 5. & seqq.* Solet etiam bonus paterfamilias in locum arborum demortuarum alias substituere. E. ad idem est obstrictus usufructuarius, modo vetustate temporis perierint. Nam si vi tempestatis fuerint dejectæ vel everisæ, ad subserendum non est compellendus, *l. arbores. 59. ub. Gothofredus. ff. de usufruct.*

LIV.

Thesaurus est vetus quædam depositio pecuniæ, cujus memoria non amplius extat, ita ut verus pecuniæ dominus ignoretur; Sic enim fit ejus, qui invenerit, cum res, quæ in nullius dominio est, occupanti conceditur, *l. 31. §. 1. ff. de A. R. D. Richter Decis. 99. n. 102. & seqq.* Alioquin, si quis aliquid vel lucri causa vel metus vel custodiæ condiderit sub terra, non est thesaurus, cujus etiam furtum fit, *d. l. 31. §. 1. ff. de acq. rer. dom. l. à tutore pupill. 67. ff. de R. V. l. peregre 44. in pr. ff. de acq. vel am. poss. Schneidvv. b. n. 3. Carpzov. in I. F. p. 2. Conclus. 53. def. 10. n. 7. & 8.* Etiam si ignoretur à quonam fuerit reconditum, *Matth. Berlich. p. 2. conclus. 66. n. 25.* Thesaurus vero aut dedita opera reperitur, aut casu. Si prius, aut artibus licitis, aut illicitis. V. G. magicis incantationibus adhibitis, & hoc modo inventus thesaurus cedit fisco. Sin licitis artibus, cedit do-

§. 79.
Thesaurus
quid?

Inventio
Theauri
vel fit arti-
bus licitis
aut illicitis



Inventio
thesauri ca-
su fortuito.

Hodierna
consuetudo
de thesau-
ris,

mino fundi, & si fundus sit publicus, vel religiosus, vel sa-
cer, ad fiscum vel Ecclesiam pertinet. Ad modos etiam
licitos referri volunt, si quis in thesauro inveniendū usus
fuerit virgulâ, quæ Germanicè vocatur *die Wicruthē*.
Aut demum casu fortuito thesaurus invenitur, puta aran-
do, fodiendo, vel alio modo; Et tum, si in proprio fundo
hoc accidat, J. Civili cedit domino. *Schneidvv. h. n. 6.*
Quia beneficium Dei est, quod beat inventorem. *vid. Klo-*
ckius de Arariol. 2. c. 116. n. 7. & seqq. Habnius ad Wesem.
tit. de Contrah. emt. vend. n. 8. Si in alieno, sive privatus sit,
sive publicus, sive religiosus locus, dimidia thesauri pars ce-
dit inventori, altera dimidia domino, *l. un. C. de thesaur. l. 3.*
§. 10 ff. de Jur. fisc. Perez. in Cod. tit. de thesaur. n. 9. & seqq.
hodie distinguitur adhuc inter consuetudines locorum, nam
in nonnullis locis thesaurus inventus ad regalia refertur.
2 F. 26. & cedit fisco, cum Princeps de illis, quæ sunt nullius,
disponere potest, Carpz. p. 2. prax. Crim. quest. 86. n. 4. & C.
53. D. 5. n. 2. Berlich. p. 2. concl. 66. n. 9. Ubi autem ejusmo-
di consuetudo non viget, jus Civile adhuc strictè observa-
tur, adeò, ut etiam in jure Saxonico nihil aliter constitutum
sit, nisi ut eodem, ceu jure hodierno communi auri & ar-
genti fodinæ aliæque venæ metallicæ inventæ inter regalia
referantur & unicè ad fiscum pertineant. *2. F. 56. l. 1. Lande-*
recht art. 35. Klock. de Arario l. 2. c. 27. n. 15. Aliàs si quis
thesaurum inventum pro dimidia parte domino fundi sive
agri non restituat, videtur furtum committere & arbitrariè
punitur. *Carpz. Jurispr. forens. p. 2. q. 53. D. 4. 7. & 10. Pbi-*
lipp. Eclog. 18. p. 303. & 304.

L V.

§. 40. Tra-
ditio quid?

Traditio est domini & possessionis translatio, l. 20. C.
de pact. arg. l. 3. ff. de act. emt. Fundamentum in eo confi-
stit:

stit: Omnes res, quæ acquiruntur, vel sunt in alicujus dominio, vel non sunt. Hæ per modos acquirendi originarios, istæ per modos derivativos acquiruntur, qui iterum sunt duplices: Aut enim in sciis dominis & sine eorum consensu aliquid acquiritur, & de illis hætenus fuit actum: Aut consensu ac voluntate domini tradentis, & iste acquirendi modus Traditio vocatur. Ad hanc autem traditionem tria requiruntur. (1.) Ut personæ sint habiles (2.) ut res tradi queant & (3.) ut modus & causa, ob quam fit traditio, sit justa. De personis primo loco erit agendum: Duæ autem ad omnem traditionem sunt necessariae. (1) Est persona dans (2) persona accipiens. In persona *dante* requiritur, ut possit & velit tradere. Ad potestatem requiritur, ut habeat liberam alienandi facultatem. Quicumque enim liberam habet rei alienandæ facultatem, ille demum alteri efficaciter rem tradere potest. Atque talis est (1.) plenus dominus. (2) Cui potestas alienandi à domino est concessa, uti est Procurator, *de quo agitur in §. 42.* (3.) Talis est tutor & curator, qui habent potestatem ab ipsa lege alienandi res pupillorum & minorum, modo illæ res sint mobiles, nec servando servari, hoc est, ultra triennium durare non possint, uti sunt edulia, fructus, oleum &c. *l. 22. C. de admin. tut. & curat. Montan. de tutel. c. 32. reg. 9. n. 166.* (4) Requiritur voluntas, ut habeat voluntatem & animum rem suam in alterum transferendi, *per §. n. l. 55. ff. de oblig. & act.* Altera persona in traditione consideranda est *accipiens*, & in illa iterum requiritur, potestas & voluntas, hæc, ut possit & velit rem accipere & acquirere. Ut possit, requiritur, acquirentem rei habere commercium. Cujuscunque enim rei non habeo commercium, illa res non potest à me acquiri, nec illam rem efficaciter accipere possum. Vo-

Requisita
traditionis:

Personæ in
traditione
considerandæ.

luntas requiritur cum ex utraque parte contrahentium, affectus concurrat, necesse est, *l. 55. ff. de oblig. & act.*

LVI.

Res traditi-
onis.

Res, quæ in traditionem venit ita debet esse comparata, ut tradi possit. Jam tales solum sunt corporales. E rerum corporalium tantum vera datur traditio, sive sint mobiles, sive immobiles, sive etiam se moventes. Res verò incorporales, quia non possunt tangi & apprehendi, quæ tamen apprehensio ad traditionem propriam est necessaria, verè tradi nequeunt, sed solum quasi traduntur. Et illa quasi traditio consistit in usu & patientia: Ita res incorporalis est jus pascendi. Si ergo dominus agri patitur, ut alter in eo pascat, & ita verè jure pascendi utatur, dicitur quasi traditio hujus juris esse facta, *l. ult. ff. de ser. vit. l. 3. init. ff. de usufruct.*

LVII.

Requisita
modi tradi-
tionis Cau-
sæ in jure
quotupli-
ces.

Ad modum traditionis (1) requiritur, ut fiat ex causa præcedente ac titulo & quidem (2) habili, h. e. dominii translativo. Ubi notandum, quod causæ in jure nostro sint duplices: per quasdam enim transfertur dominium verum per quasdam non: & posteriores hinc excluduntur, uti sunt: causa commodati, depositi, locationis, conductionis. Verum priores requiruntur ad veram traditionem, qualis causa est, emtio, venditio, permutatio, donatio, dotis datio & similes, *§. 40. in fin. h. l. 31. ff. de acq. rer. dom.* Porro illa res tradenda vel est mobilis, vel immobilis: Mobilis de manu in manum potest & solet tradi: Immobilis rei traditio, qualis est domus, vel etiam fundus & ager, introductione in rem tradendam facta, simulque traditione clavium, vel etiam amputatione festucæ è januâ Abschneidungeiner Splitter Holz / imo traditione glebæ peragitur,

tur, *vid. l. 3. §. 1. ff. de acq. poss. Schneidv. b. n. 2. §. 3.*
Secundum observantiam fori Saxonici & constitutio-
nem Electoralem novissimam ad rerum immobilium do-
minia perfectè transferenda, à parte alienatoris vel vendi-
toris insuper requiritur *abdicationo possessionis*, daß er die
Lehn am Hause oder Grunde aufflasse / à parte accipien-
tis *recognitio*, daß er selbe von dem Gerichts-Herrn zu
Lehn empfahe gegen Entrichtung gebührenden Lehn-
Geldes. Et hæc omnia coram eo iudice, sub cuius jurisdic-
tione res tradenda sita est, fieri debent. *Carpz. Jurisp. F.p.*
2.C. 39. D. 35. §. 1. Resp. 127. Philipp. Eclog. 19. n. 3. ad
bunc tit. §. seqq.

Perfecta tra-
ditio rei im-
mobilis Ju-
re Sax, est.

LII X.

Error nonnunquam occurrit in titulo & causa V. G.
Dans putat se dare ex causa emtionis venditionis, accipiens
vero, se accipere ex causa donationis. Quæritur ergo, an er-
ror traditionem vitiet? Et distingvendum est: Si error oc-
currit circa titulos dominii translaticos, illum errorem ne-
gotium non vitare, quia ab utraque parte tam dantis quam
accipientis adest animus alienandi. Quod si vero ab una par-
te adest titulus dominii translaticus, ab altera parte non V. C.
Dans dedit ex causa commodati, accipiens accepit ex causa
venditi, videtur esse quædam contradictio, *in l. 16. ff. de reb.*
cred. §. l. 36. ff. de acq. rer. dom. Verum respondetur: Aut
præcessit traditionem obligatio & causa dominii translati-
va, ob quam illa res debebat tradi, aut non præcessit. Priori
casu, licet error in traditione occurrat, traditio nihilominus
subsistit, & dominium rei transfertur, quia veram ori-
ginem habet ex obligatione & causa dominii translatica.
Et hoc de casu intelligendus est, *§. n. §. l. 36. ff. de acq. rer. dom.*
Aut vero nulla causa dominii translatica præcessit, & tum si
error

Error in tra-
ditione oc-
currens.

error circa titulum & causam in traditione occurrit, ejusmodi traditione dominium non transfertur, de quo casu intelligenda est, *l. 16. ff. de reb. cred.* Denique per vocabulum tituli hic denotatur causa, ita ut titulus & causa in materia traditionis pro synonymis haberi debeant.

LIX.

§. 41.

Affertur in hoc §. limitatio quædam propositionis Universalis in superiori rhesi adductæ, quæ hæc erat: Traditione ex titulo five causa domini translativa facta dominia rerum transferuntur: Excipitur contractus emtionis venditionis. Licet enim res vendita emtori tradatur, tamen emtor non prius rei dominium consequitur, quam si pretium persolverit, vel alio modo venditori satisfecerit. Aut fidejussores dando, *l. 19. §. 53. ff. de contr. emt. l. 5. §. pen. ff. de trib. art.* Aut pignora constituendo, aut ex promittendo, vel etiam, si venditor emtoris fidem de pretio solvendo secutus fuit, *l. 19. l. 53. ff. de contr. emt. vendit.*

LX.

§. 42.

Procurator
quinam?

Dicitur in §. 40. quod Procuratores & mandatarii dominorum nomine rem alteri tradere possint. Ideo Imperator hic addit, nihil interesse, utrum ipse dominus tradat alicui rem suam, an voluntate ejus (cui ejus rei possessio permessa est.) Nam quod quis per alium facit, dum ei mandat, ut faciat, id ipse fecisse videtur, *l. 5. §. 2. ff. de admin. tut.* Alias procurator in genere dicitur, qui administrat aliena negotia: Illa autem sunt duplicia, vel judicialia vel extrajudicialia. Qui negotia aliena gerit judicialia, in specie *procurator* appellatur. Qui verò extrajudicialia, *mandatarius* five *administrator*. Is verò aut omnia bona administrat, aut certa tantum. Prior dicitur

tur Procurator, imo etiam administrator omnium bonorum. Posterior procurator specialis. Hic vero specialis non potest rem domini alienare, nisi speciali mandato ad id fuerit instructus. Quod generalem procuratorem attingit, distinguendum ulterius est, non quidem J. Civili, sed Canonico & hodierna praxi, utrum sit constitutus cum libera bonorum administratione, an vero sine libera *c. 4. de procurat. in 6to.* Procurator cum libera solum res domini alienare, ac in alium transferre potest, non vero sine libera. Hoc tamen uti diximus intelligendum est de J. Canonico & hodierna praxi. Nam J. Civili non distinguendum videtur, sed uterque potest rem domini alienare. *arg. l. 1. §. 1. l. 60. l. 63. ff. de procurat. l. 87. ff. de solut. l. 17. §. fin. ff. de jur. jur. l. 6. §. 6. ff. mandat. l. 69. §. 4. ff. eod.*

Procurator
cum libera.

LXI.

Omnis traditio est duplex, vel vera, de qua haecenus egimus, vel ficta, de qua in hoc & sequenti §. agitur. Quando igitur res ex causa habili h. e. domini translativa tradi debet, aut jam tum existit penes accipientem, hoc est, cui tradenda est, aut non. Posteriori solum casu opus est traditione: Priori vero non; quia jam tum penes accipientem est, licet ex alia causa ei fuerit tradita. Sed hic sufficit nuda domini voluntas ad rem transferendam, nec nova opus est traditione. Nam dum dominus patitur illam rem penes accipientem permanere, ista patientia & voluntas pro quasi & ficta traditione habetur. Quod ad ambages evitandas in Jure constitutum est, quia duplici aliàs traditione opus esset. Vocatur autem hæc quasi traditio, fictio brevis manus per *l. 3. §. penult. §. ult. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Et huc etiam pertinet constitutum, uti vocatur, possessorium, nam si creditori à debitore rei op-

§. 43.

Traditio
quod duplex.

*exemplū pōbet commodatū
liberū mibi, et postmodū
emē*

Quasi tra-
ditio per fi-
ctionē bre-
vis manus.

Constitu-
tum posses-
sorium.

I pigno-



pignoratae possessio tradenda est, & debitor sive scriptura sive verbis ore prolatis testetur, se rem oppignoratam non amplius suo, sed creditoris nomine possidere. Ex eo tempore licet debitor corpore suo rem oppignoratam detineat, tamen fingitur ipsi creditori possessio rei oppignoratae esse tradita, & eò spectat formula, cum pacto constituti possessorii, omnibus ferme obligationum instrumentis inseri solita. *vid. l. 18. ff. de acq. vel amitt. poss.*

LXII.

§. 44.

Quaedam res vere tradi vel plane non possunt, vel non nisi cum magna difficultate, & tum iterum opus est traditione ficta. Sufficit enim hoc casu, si signum aliquod loco veræ traditionis exhibeatur, per quod res tradita significetur, nam illa signi traditio, habetur pro vera traditione *per n. §.* Ubi fit, si quis merces in horreo depositas vendiderit simul atque claves horrei tradiderit emtori, merces finguntur traditæ, & earum proprietates ad emtorem translata. Dicitur alias hæc traditio Symbolica *l. 1.*

Traditio Symbolica.

§. penult. ff. de acq. poss. l. 9. §. 6. b. t. l. 74. ff. de contrab. emt. l. 1. C. de donat. Imo sufficit interdum si res vendita ex loco edito ostendatur. *V. G. Ager venditus ex turri, nam illa ocularis demonstratio est instar traditionis l. 18. §. 2. ff. de acq. vel amitt. poss.* Et hæc traditio etiam facta dicitur per longam manum, quasi venditor rem venditam ex turri demonstrantem longam habuisset manum, ut ex illa turri rem venditam tradere potuisset.

Traditio quasi quæ fit per longam manum.

LXIII.

§. 45. Rei dominium voluntate domini transfertur vel in personam certam & vocatur traditio, de qua hætenus dictum fuit, vel in personam incertam, & hoc fieri consuevit per missilia. Missile autem est donum aliquod in vul-

Missile quid?

vulgus spargi solitum, wann Geld oder andere Sa-
chen unter die Leute geworffen werden/ idque fit
quando in loco aliquo vel ob Electionem Imperatoris, vel
ob nuptiales Regum ac Principum festivitates, vel pro-
pter obtentam adversus hostem victoriam, vel ob alias
causas, maximæ solennitates celebrantur. Ita Comes Pa-
latinus Rheni Architesaurarius in solenni deductione Regis
Germanorum coronati ad palatium in circumstantem po-
pulum nummos aureos atque argenteos spargit. In isto
tamen officio vicarium habet & usurpat Comitem de Sin-
tzendorff. *Severin. de Monzambano cap. 4 §. 7. in fin.*
Quicumque autem ejusmodi missile occupat, ille fit domi-
nus istius doni. *l. 5. §. 1. ff. pro derel. jung. l. 9. §. 7. ff. b. l.*
2. C. de consul. lib. 12. Novell. 105. c. 2. §. 1.

LXIV.

§. 46.

Ut aliqua res dicatur pro derelicto habita, duo con-
junctim requiruntur. (1) Ut aliquis abjiciat res suas (2) Requisita
rei pro de-
relicto ha-
bitæ
ut hoc faciat animo amittendi. Inde fluit, si ob necessi-
tatem V. G. naufragii res abjiciatur, eam pro derelicto
non haberi, nec fieri inventoris, sed abjicientibus domi-
nis restituendam esse: nisi dominus eâ mente abjecerit ut
in rerum suarum numero amplius habere nolit, nam tum
statim dominus esse definit. *l. 12. §. 1. ff. pro derel.* Et qui-
cunque eam rem occupat, licet furandi animum habeat,
non tamen furtum committit. *Carpz. p. 2. pr. crim. quest.*
86. num. 4. quia ejusmodi res fiunt occupantis & inven-
toris.

LXV.

Contra. Quascunque res aliquis eo animo non ab- §. 47. & ult.
jicit illæ permanent pristino domino, eique, si fuerint in-
ventæ, restituendæ sunt. Atqui (1) tales res sunt, quæ

I 2

in tem-

Res non
sponte a-
missæ (1)
Res nau-
fragorum

(2) Res de
Rheda cur-
rentes.

in tempestate navis levandæ causa ejiciuntur, quia palam est, eas non eo animo ejici, quod quis illas habere nolit, sed ad effugiendum imminentis naufragii periculum. itaque res illæ fluctibus expullæ veris dominis sunt restituendæ, licet in nonnullis locis contraria consuetudo adsit, bona naufragorum partim inventori, partim fisco addicens. Afflicto enim nova afflictio non est addenda. Hinc expressis verbis illud legimus prohibitum *in l. 1. C. de naufr. autent, Navigia C. de furt. Constit. Crim. Carol. art. 218. Nec obstat lex 43. §. 11. ff. de furt.* nam hic textus optimè restringitur ad res ejusmodi projectas, quas projiciens statim perituras novit. Cujusmodi sunt libri & res similes, quæ humorem aquæ diu non ferunt. Quod si tamen domini ignorentur, non iniquum est, si res fisco cedant. (2) Tales etiam res sunt, quæ de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt. Nam ejusmodi res aut inventor aufert animo lucrandi, aut reddendi. Priori casu furtum ab eo committitur *l. 43. §. penult. §. 4. cum aliquot seq. ff. de furtis*, & pro ratione circumstantiarum interdum fustigationis & regelationis vel perpetuæ vel temporalis, interdum mitior pœna ut carceris & mûltæ adversus eum locum habet *Carpz. pr. crim. quest. 86.* Posteriori vero casu & si animum restituendi habet, tum inventori consultum est, si in templo per ministrum Ecclesiæ vel publicum præconem, vel libellum proclamari faciat se invenisse & vero domino redditurum, *per text. in leg 4. §. proinde videamus 8. sub fin ff. de furtis.* Quo tamen casu inventori solet præmium à domino pro opera inventionis dari, quod Græcè solet appellari *εὐεργειαν*, præcipue si aliquis missus est à domino ad rem quærendam *l. 46. §. 8. ff. de furt.*

furt. In foro Saxonico tertia pars inventori cedit *Carpz.*
p.2. Const. 3. D. 15. Ep. 3. C. 31. D. 18. n. 8. & seqq.

LXVI.

Altera rerum divisio summa est: quod omnis res vel sint corporales, vel incorporales *l. 1. §. 1. ff. de rer. divis.* Corporales sunt, quæ in sensus cadunt, & per consequens videri, tangi, vel alio sensu percipi possunt, uti Fundus, Vestis, aurum, argentum & aliæ res innumerabiles. Quod pecuniam attinet in Jure pro corporali interdum, interdum pro incorporali habetur. Aut enim per pecuniam denotatur quantitas & valor, & ille non potest videri, & in ista significatione pecunia pro re incorporali habetur. *l. 64. ff. de condit. indeb.* Aut sumitur pro substantia quadam ex materia aurea & argentea constante, & tunc est res corporalis, uti hic in illa significatione invenitur. Res porro corporales sunt vel mobiles vel immobiles. Mobiles vel sunt sese moventes, vel in specie mobiles. Aut enim res ipsa se movere potest ex uno loco in alium, & illa res dicitur movens, quales sunt omnes pecudes: Aut vero opera alterius ex uno loco in alium movetur, & illa res in specie mobilis dicitur, uti mensa, Supellex: Germanicè *bewegliche Güter / fahrende habe / Fahrnis.* *l. 1. ff. de Edil. edict. l. 3. §. 13. ff. de acq. vel amit. poss. l. 15. §. 2. ff. de re jud.* Immobiles res sunt, quæ vel plane non, vel salva substantia ex uno loco in alium moveri nequeunt, uti est solum vel solo coherens *l. 44. ff. de rei vind. ligende Güter und Gründe / unbewegliche Güter.* Illæ res iterum sunt duplices: vel immobiles naturâ, vel ex destinatione hominum. Naturâ tales sunt, fundi, agri, arbores, imo semen agris immissum, quibus etiam annumerari solent molæ pneumaticæ *Windmühlen* propterea quod media co-

Tit. II.

Res corporales quænam?

Per pecuniam quid in Jure denotetur?

Res corporales quoduplices.

Res mobiles

Res immobiles.

Immobiles naturâ

Immobiles
& destina-
tione.

lumna quædam hanc sustinet, trabibus & tignis trans-
versariis ita firmiter terræ infigitur, ut, licet pars superior
perventum circumagitetur basis tamen & fundamentum
quod principaliter consideratur, semper in centro maneat,
nec unquam moveatur *Finkelthuis Obs. 26.* Ex destinatio-
ne vero hominum res etiam mobiles juridicè pro immobi-
libus habentur, uti sunt. (1) Instrumenta domus braxa-
toriae (2) Lecti in diversorio publico extantes, nam ad
usum istius rei immobilis sunt destinatae (3) Bombardæ ad
defensionem urbis comparatae. *Habnii in obseruat.*
ad Digest. tit. de Rer. divis. n. 3. ad verb. nisi per inter-
pretationem.

LXVII.

Res incor-
porales
quænam?

Jus rerum
quotuplex.

Jus in re
quodnam?

Jus ad rem
quodnam?

Jus in re
quotuplex?

(1) dominiū

(2) servitus.

(3) possessio.

Res incorporales sunt actiones & jura, nam jus non
cedit in sensus, nec videri potest nec tangi. Jus autem est
duplex personarum & rerum. Quotuplex enim est obje-
ctum juris, totuplex est ipsum jus. Atqui objectum est
persona & res E. Prius vocatur *jus personarum*, de quo a-
ctum fuit in *lib. 1.* & antecedentibus disputationibus: Al-
terum *jus* vocatur *rerum*. Illud iterum est duplex, aut est
jus in re, *Das dingliche Recht / oder dingliche Ge-*
rechtigkeit / aut ad rem *c. 17. § 40. de præbendis in 6to §*
c. quoniam 8. de concess. præb. in 6to. Nam aut res ipsa
quasi est obligata, ita, ut licet per mille manus ambulet,
tamen peti & vindicari possit, & vocatur *Jus in re*. Aut
personæ ad rem dandam vel aliquid faciendum sunt obli-
gatae, & vocatur *Jus ad rem*. Jus in re cum Dn. Hahnio
quintuplex statuimus. Aut (1) habemus dominium in
re aliqua, & inde oritur *dominium*, aut (2) servitus ex
re aliena nobis debetur, & inde venit secunda species *ser-*
vitus, aut (3) rem aliquam possidemus, & inde descen-
dit

dit *possessio*, aut (4) debitorum res nobis sunt oppigno-
ratae, & hoc est *jus pignoris*, aut (5) demum alicui Jus
succeedendi in defuncti hereditatem competit, & vocatur
Jus hereditarium. Verum pedem hic figimus, non dubi-
tantes, quin hi de rerum divisione & modis acquirendi
juris gentium secundum Institutionum seriem conscripti
discursus & mihi benevolentiam apud æquos ho-
rum laborum aestimatores sint acqui-
fituri.

(4) Jus pi-
gnoris.

(5) Jus hæ-
reditarium.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



154770


AB 154770


ULB Halle 3
005 467 691



V. 17
R







B.I.G.

Farbkarte #13

RTA
UTIONUM
ATIO

DIVISIO-

QUIRENDO

DOMINO

M
NI NUMINIS

DE
O ATQVE CON.
SIMO

GELBRECHTO

Acad. Julia Profefs.

rdin.

ceptore devenerando

MAJORI

ni clo lbc LXXX.

efendet

OBUS LAUTITZ

oytanus.

so

TADII,

MULLERI, Acad. Typ.

5

